


Digitaliseret af | Digitised by



**DET KGL.
BIBLIOTEK**

Royal Danish Library

Forfatter(e) | Author(s):

ex textu Hebræo Latine versus a Christiano
Werliin.

Titel | Title:

Liber Geneseos

Udgivet år og sted | Publication time and place: Hauniæ : H. I. Ring, 1838

Fysiske størrelse | Physical extent:

153 s.


DK

Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse. Husk altid at kreditere ophavsmanden.

UK

The work is free of copyright. You can copy, change, distribute or present the work, even for commercial purposes, without asking for permission. Always remember to credit the author.






1.-60

DET KONGELIGE BIBLIOTEK



130020103974





DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 18°



110108017646







LIBER

G E N E S E O S

EX

TEXTU HEBRÆO LATINE VERSUS

A

CHRISTIANO WERLIIN,

LIC. THEOL.

H A U N I A E.

APUD H. I. BING ET FILIUM, EDITORES.

TYPIS EXCUDIT BIANCO LUNO.

M D C C C X X X V I I I .



P r æ f a t i o.

Quæ hic publice prodit libri Geneseos versio latina, usui
juventutis cum scholasticæ tum academicæ est destinata. Quod
consilium quum mihi propositum esset, hòc agebam, ut, dum
singulorum textus verborum tenacissimus fui, paraphrasi et
interpretatione brevi idiotismos linguae Hebraicæ simul ex-
plicare haud negligerem. In locis vero obscurioribus anti-
quissimi nostri autoris sensum brevissimis observatiunculis,
prouti hic fieri potuit et debuit, quum versionem, non com-
mentarium scribere vellem, conatus sum illustrare. Denique,
ubi in textu Hebræo reddendo inter se dissentunt inter-
pretes, versionum variantium gravissimas accurate citare
non detrectavi. Tali modo utrum ad laborem juvenibus

levandum, qui ad studium linguæ Hebraicæ sæpe inviti i
accedunt, aliquid contulerim, neene, peritiores dijudicent,
quibus si hiece libellus placuerit, vane me laborasse non m
existimabo.

Scribebam Hauniæ d. III. Calend. Octobr. a. D. MDCXXVIII.

Genes i s.

Caput I.

1. In principio creavit ¹⁾ Deus coelum et terram.
2. Et terra erat ²⁾ vasta et inanis (pr. vastitas et inanitas), et tenebrae (erant) super facie abyssi, et spiritus Dei ³⁾ incubans super facie (o: incubuit faciei) aquarum.
3. Et dixit Deus: fiat lux! et facta est lux.
4. Et vidit Deus, lucem bonam esse, et distinxit Deus inter lucem et inter tenebras.
5. Et appellavit Deus lucem *Diem* (pr. acclamavit luci Diem), et tenebras appellavit *Noctem*, et facta est vespera, et factum est mane: *Dies primus*.
6. Atque dixit Deus: fiat firmamentum expansum in medio aquarum sitque distinctio inter aquas et aquas (o: inter aquas coeli et aquas terrae)!
7. Et fecit Deus firmamentum expansum et distinxit inter aquas, quæ (essent) sub firmamento expanso, et inter aquas, quæ (essent) supra firmamentum expansum, et factum est ita.
8. Et appellavit Deus firmamentum expansum *Coelum*, et facta est vespera, et factum est mane: *Dies secundus*.
9. Atque dixit Deus: congregentur aquæ sub coelo in locum unum, et conspiciatur (apparet) aridum (o: terra continens)! Et factum est ita.
10. Et appellavit Deus aridum *Terram*, et congregationem aquarum appellavit *Maria*; et vidit Deus, bonum esse.

Versiones variantes: 1) Al. creaverat. Al. formavit. 2) Al. Facta erat.

3) Al. Ventus a Deo emissus movebat superficiem aquarum.

11. Et dixit Deus. *producat*¹⁾ terra gramen (et) herbam seminantem (v. spargentem) semen (et) arbores frugiferas (pr. fructus)²⁾ ferentes fructum secundum speciem suam, cuius (sc. fructus) semen (sit) in ipso (ɔ: qui fructus in se ipso contineat semen), super terra (ɔ: pendens in arbore super terra)! Et factum est ita.
12. Et produxit terra gramen (et) herbam seminantem semen secundum speciem suam et arbores ferentes fructum, cuius semen (est) in ipso, secundum speciem suam, et vidit Deus, bonum esse.
13. Et facta est vespera, et factum est mane: *Dies tertius*.
14. Atque dixit Deus: fiant lumina (ɔ: luminaria) in firmamento expanso coeli ad distinguendum inter diem et inter noctem, et sint in signa et in stata tempora et in dies annosque (ɔ: sint in signa statorum temporum, et dierum et annorum);
15. *Et sint in lumina in firmamento expanso coeli ad lucem præbendam super terram* (ɔ: ut orbem collustrent)! Et factum est ita.
16. Et fecit Deus duo lumina (luminaria) majora, lumen majus in dominium diei et lumen minus in dominium noctis, et stellas.
17. Et collocavit illa Deus in firmamento expanso coeli ad lucem præbendam super terram,
18. Et ad dominandum in diem et in noctem, et ad distinguendum inter lucem et inter tenebras. Et vidit Deus, bonum esse.
19. Et facta est vespera, et factum est mane: *Dies quartus*.
20. Atque dixit Deus: scateant³⁾ aquæ reptilibus, animis vivis (ɔ: animantibus vivis), et aves volent super terram ad (s. versus) superficiem firmamenti expansi coelorum!
21. Et creavit Deus cete (belluas marinas) magna et omnia animalia viva (vita prædita) reptantia, quibus scatent

Vers. varr. ¹⁾ Al. progerminet terra germinationem herbæ spargentis etc.
²⁾ Al. quarum (sc. arborum) semen in ipsis (continetur). Dathe liberius: quæ omnes (arbores) in terra semen suum emitterent. ³⁾ Al. abundet aqua abundantia animalium s. scateat aqua multitudine bestiarum animalium. Schumann, Rosenmüller, al.

- aquæ, (ɔ: aquatilia minora) secundum speciem suam, et omnes aves alatas secundum speciem suam. Et vidit Deus, bonum esse.
22. Et benedixit illis Deus (ɔ: benefecit iis impertita sobolis propagandæ facultate), dicendo: *fecundi estote et augemini et implete aquas in maribus, et aves augeantur in terra!*
23. Et facta est vespera, et factum est mane: *Dies quintus.*
24. Atque dixit Deus: *proferat terra animantia viva secundum speciem suam, jumenta*¹⁾ (pecudes domesticas) *et reptilia et feras*²⁾ *terræ secundum speciem suam!* Et factum est ita.
25. Et fecit Deus feras terræ secundum speciem suam et jumenta secundum speciem suam et omnia reptilia terræ secundum speciem suam, et vidit Deus, bonum esse.
26. Et dixit Deus: *faciamus hominem in imagine nostra secundum similitudinem nostram, et dominantur in pisces maris et in aves coeli et in jumenta et in omnem terram et in omnia reptilia, quæ repunt in terra!*
27. Et creavit Deus hominem in imagine sua, in imagine Dei creavit eum, masculum et feminam ereavit eos.
28. Et benedixit illis Deus et dixit illis Deus: *fecundi estote et augemini et implete terram eamque subjugate et dominamini in pisces maris et in aves coeli et in omnia animantia, quæ repunt (ɔ: quæ sese movent) in terra!*
29. Et dixit Deus: *ecce, dedi vobis omnes herbas seminantes semen* (ɔ: herbas frugiferas), *quæ in superficie totius terræ (exstant), et omnes arbores, in quibus (est) fructus arborum seminantium semen* (ɔ: arbores fructus semine præditæ): *vobis erit in cibum* (ɔ: quibus omnibus in cibum utamini!).
30. *Et omnibus animantibus terræ et omnibus avibus coeli et omnibus reptilibus in terra, in quibus (est) anima viva, (dedi) omnem viorem herbæ* (ɔ: gramina sponte nascentia cfr. v. II.) *in cibum.* Et factum est ita.

Verss. varr. 1) Schumann: quadrupèdes s. animantia terræ majora.

2) Schumann: animantia terrestria.

31. Et vedit Deus omnia, quæ fecerat, atque ecce bona admodum (o: optima erant)! Et facta est vespera, et factum est mane: **Dies sextus.**

Caput II.

1. Ita perfecta sunt coelum et terra et omnis exercitus eorum (o: omnia omnino, quæ sunt in coelo et in terra).
2. Et perfecerat Deus die septimo opus suum, quod fecerat, et quievit die septimo ab omni opere suo, quod fecerat.
3. Et benedixit Deus diei septimo (o: augustum et faustum inter ceteros esse voluit) eumque sanctum declaravit, quod eo quievisset ab omni opere suo, quod creaverat Deus faciendo (o: quod creaverat feceratque)¹⁾.
4. Hæc (est) historia²⁾ (pr. hæ sunt generationes) coeli et terræ, cum creata essent illa (o: statim postquam creata essent):

Quo die fecerat Jehova Deus terram coelumque,

5. Omne virgultum agri³⁾ nondum erat in terra, et omnis herba agri nondum progerminaverat (o: nullum adhuc virgultum nullaque adhuc herba etc.), siquidem non pluviam demiserat Jehova Deus in terram, et homo non aderat ad colendum terram.
6. Et vapor adscendit e terra et irrigavit omnem superficiem terræ⁴⁾.
7. Et formavit Jehovā Deus hominem pulverem (s. glebam argillaceam) e terra inflavitque in nares ejus halitum

Verss. varr. ¹⁾ Rosenmüller: cui perficiendo multum operæ adhibuit.

²⁾ Alii: tales quidem erant origines coeli et terræ, quum crearentur.

³⁾ LXX. Vulg. aliique v. 5 cum v 4 ita conjungunt: *et omne virgultum agri, antequam esset in terra, et omnem herbam agri, priusquam germinaret.*

⁴⁾ Schumann. vss 4-6 hoc modo conjungit cum antecedd. *hec erat historia efformationis coeli et terræ, formationis, inquam, mundi eo tempore factæ, quo neque frutices agri, neque gramina campi progerminaverant, siquidem deus nondum pluviam demiserat, neque homines aderant, qui humum colerent.* Itaque (quum hæc esset brevi post mundi formationem terræ conditio), nebulae e terra adscenderunt etc.

- vitæ (ο: spiritum vitalem), et factus est homo in animam vivam (ο: fuit homo animans, anima præditus).
8. Et plantavit Jehova Deus hortum in *Edene* ab oriente, et collocavit (ο: habitare jussit) ibi hominem, quem formaverat.
 9. Et procreavit Jehova Deus e terra omnes arbores desiderabiles (jucundas) quoad adspectum (ο: pulchræ formæ) et bonas ad eibum, atque arborem vitæ in medio horti et arborem cognitionis boni et mali.
 10. Et flumen egrediebatur (ο: promanabat) ex Edene ad irrigandum hortum, et inde se separavit factumque est in quatuor capita (ο: fissum divisumque in quatuor fluvios majores).
 11. Nomen primi (capitis s. fluvii) *Pischon* fuit; hic circumdat totam terram *Chavilam*, ubi aurum (invenitur).
 12. Et aurum hujus terræ bonum (est), ibi (inveniuntur) *bdelium*¹⁾ et *lapis Sardonyx*.
- Bdelium* est pretiosissimum gummi genus.
13. Et nomen fluvii secundi (fuit) *Gichon*; hic circumdat totam terram *Cusch* (Æthiopiam).
 14. Et nomen fluvii tertii (fuit) *Chiddekel*; hic vadit (ο: fluit) orientem *Assyriæ* (versus), et fluvius quartus ille (fuit) *Euphrates*.
 15. Et sumxit Jehova Deus hominem et collocavit eum in horto Edenis ad colendum eum et ad custodiendum eum.
 16. Et præcepit Jehova Deus homini dicendo (ο: his verbis usus): *de omnibus arboribus horti comedendo comedes* (ο: de omnibus horti arboribus edere tibi certe licitum sit)!
 17. *At de arbore cognitionis boni malique ne comedas de ea, nam quo die comedeleris de ea, moriendo morieris* (ο: profecto mortem subibis).
 18. Et dixit Jehova Deus: *non (est) bonum, esse Adamum solum* (pr. in separatione sua): *faciam ei auxilium sicut e regione ejus* (ο: sociam ei similem et accommodatam s. auxilium, quod ipsi respondeat).
 19. Et formavit²⁾ Jehova Deus e terra omnia animalia agri et omnes aves coeli et adduxit (ea) ad Adamum ad viden-

Verss. varr. ¹⁾ Alii: margaritæ. *Michaelis*: gemmæ. *Relandus*: crystal-lus. Alii: beryllus. Alii: lapis lazuli. ²⁾ Alii: formaverat.

dum, quæ nomina imponeret illis (pr. ei: o: unicuique); quocunque autem nomine appellasset ea Adamus, animalia (scilicet) viva, id nomen (esset) eorum.

20. Et imposuit Adamus nomina omnibus jumentis et avibus coeli et omnibus feris agri, sed Adamo (o: sibi) non invenit (inter animalia omnia) auxilium, quod ipsi responderet.
21. Et immisit Jehova Deus soporem Adamo, et obdormivit (Adamus), et sumxit (Jehova Deus) unam de costis ejus et clausit carne pro ea (o: in locum costæ carnem substituit).
22. Et ædificavit (o: construxit, fixit) Jehova Deus costam, quam sumserat ex Adamo, in mulierem (o: ex illa costa mulierem formavit) eamque duxit ad Adamum.
23. Et dixit Adamus: *hæc tandem* (pr. id hac vice) *os* (est) *de ossibus meis et caro de carne mea; hæc vocabitur vira,* *quia de viro sumta est hæc.*
24. Propterea relinquet vir patrem suum et matrem suam et adhaerebit uxori sue, eruntque in carnem unam (o: intima conjugum necessitudine unam personam efficient).
25. Et fuerunt duo illi (o: ambo) nudi, Adamus et uxor ejus, et non (o: nec tamen propterea) erubuerunt.

C a p u t III.

1. Et serpens erat versutus præ omnibus bestiis agri, quas fecerat Jehova Deus (o: omnium, quas fecerat Deus, bestiarum agri callidissimus erat). Et dixit mulieri: *ad eone verum, quod dixerit Deus* (s. siccine Deus dixerit): *ne comedatis de omnibus arboribus horti?*
2. Et dixit mulier serpenti: *de fructibus arborum hujus horti comedemus* (o: comedere nobis licet).
3. At de fructibus arboris illius, quæ in medio horti (est), dixit Deus: *ne comedatis de ea neque tangatis eam, ne moriamini!*
4. At dixit serpens mulieri: *minime moriendo moriemini* (o: nequaquam moriemini)!

5. *Nam scit Deus, quo die comederitis vos de ea, tum aper-tum iri oculos vestros, et fore vos sicut Deum*¹⁾ (ο: Deo similes), *scientes boni malique.*
6. *Et vidit mulier, bonam esse arborem illam ad cibum, et delicias (s. desiderium) esse oculis (ο: formosam, pulcher-rimam) desiderabilemque arborem illam ad comparan-dam*²⁾ *intelligentiam, et sumisit de fructibus ejus et come-dit et dedit etiam marito suo secum, et comedit ille.*
7. *Et aperti sunt oculi amborum, et cognoverunt, se nudos esse, et consuerunt folia ficus (ο: ferculnea) et fecerunt sibi cingula (v. subligacula).*
8. *Et audiverunt vocem Jehovæ Dei gradientis per hortum ad ventum diei (ο: spirante vento vespertino, ad vesperam), et occultavit se Adamus et uxor ejus e conspectu Jehovæ Dei in medio arborum horti.*
9. *Et clamavit Jehova Deus ad Adamum et dixit ei: ubi es?*
10. *Et dixit ille: vocem tuam audivi in horto et timui, nam nucus ego (sum), et me occultavi.*
11. *Et dixit (Jehova): quis indicavit tibi, te nudum esse? Num de arbore, de qua præcepi tibi, ne comederes de illa, comedisti?*
12. *Et dixit Adamus: mulier, quam adsociasti mihi (pr. dedisti mecum ο: ut esset mecum), illa dedit mihi de arbore ista, et comedisti.*
13. *Et dixit Jehova Deus mulieri: cur hoc fecisti? Et dixit mu-lier: serpens seduxit me, et comedi.*
14. *Et dixit Jehova Deus serpenti: quoniam fecisti hoc, male-dictus tu (esto) præ omnibus jumentis et præ omnibus feris agri (ο: omnium animalium miserrimus esto): super (in) ventre tuo gradieris (ο: repes), et pulverem comedes omnibus diebus vite tuæ (ο: quamdiu vives)!*
15. *Et inimicitiam ponam (ο: excitabo) inter te et inter mu-lierem, et inter semen tuum et inter semen ejus (ο: pro-geniem tuam et ejus): hoc*³⁾ *insidiabitur tibi quoad*

Verss. varr. ¹⁾ Alii: dæmonibus diisve similes siatis, qui cognoscunt etc.

²⁾ Alii: delectabilem aspectu. ³⁾ Storrius: illa (progenies mulieris) prope accedet ad te quoad caput, tu vero prope accedes ad eam, quoad calcem ο: progenies mulieris petet caput tuum, sed tu, serpens! subibis calcem ejus, conculeaberis. Alii: hoc conteret caput tuum, tu vero mordebis cum calce.

caput, et tu insidiaberis ei quoad calcem (ο: homo caput tibi conterere molietur, tu calci ejus inhiabis, mutuas sibi insidias struet utrumque genus).

16. *Mulieri dixit: multiplicando multiplicabo molestiam tuam et conceptum tuum (ο: multos faciam dolores graviditatis tuae); cum dolore paries liberos, et ad maritum tuum (erit) appetitus tuis (ο: mariti consuetudinem vehementer desiderabis), et ille dominabitur in te.*
17. *Et Adamo dixit: quia audivisti vocem uxoris tuæ (ο: morem uxori gessisti) et comedisti de arbore, de qua præcepi tibi dicendo: ne comedas de ea: maledicta (est) terra (ο: infelicissima sit conditio terræ) propter te! Cum molestia comedes eam (ο: fruges ejus) omnibus diebus vitæ tuæ!*
18. *Et spinam et tribulum proferet tibi, et comedes herbam agri (ο: frumentum et olera, non fructus arborum Paradisi, sine labore provenientes).*
19. *Cum sudore vultus tui comedes panem (ο: cum multo labore victum tibi comparabis), donec redieris ad humum, quia ex ea sumtus es, nam pulvis es, et in pulverem redibis!*
20. *Et vocavit Adamus nomen uxoris sue Chavam, nam ea erat mater omnis vivi (ο: omnium viventium).*
21. *Et fecit Jehova Deus Adamo et uxor ejus tunicas pellis (ο: e pellibus confectas), et eos (hisce) vestivit.*
22. *Et dixit Jehova Deus: ecce! Adamus factus ¹⁾ est sicut unus e nobis (ο: nobis similis factus est) ad cognoscendum bonum et malum, et nunc (ο: jam vero), ne extendet manum suam et sumat ²⁾ quoque de arbore vitae et comedat et vivat in perpetuum — —*
23. *Ideo ejecit eum Jehova Deus ex horto Edenis ad colendum terram, de qua sumtus erat.*
24. *Et expulit Adamum et collocavit ab oriente horti Edenis Cherubos et flammam ensis vibrantis (ο: Cherubos flammas vomentes flammei gladii instar) ad custodiendum viam arboris vitae (ο: viam, quæ ducit ad arborem vitae).*

Verss. varr. 1) Alii: fuit siue unus etc. subintellige: nunc desiit esse.

2) Alii: porro, amplius.

Caput IV.

1. Et Adamus cognovit Chavam uxorem suam (ο: concubuit cum ea), et concepit illa et peperit Cainum et dixit: *acquisivi virum* (ο: puerum) *cum*¹⁾ *Jehova* (ο: Jehova adjuvante).
2. Et iterum peperit (pr. addidit pariendo) fratrem ejus Hebelem, et fuit Hebel pastor gregis (ο: opilio), et Cainus fuit cultor terrae (ο: agricola).
3. Et factum est a fine dierum²⁾ (ο: post plures dies s. aliquod temporis spatium), ut offerret Cainus de fructibus terrae donum (ο: oblationem) *Jehovae*.
4. Et Hebel obtulit etiam ille de primogenitis gregis sui et de adipe eorum (ο: de adipe primogenitorum inter pecudes ο: de optimis pecudum primogenitis). Et respexit *Jehova* ad Hebelem et ad donum ejus (ο: gratum accepit sacrificium Hebelis).
5. Sed ad Cainum et ad donum ejus non respexit, et exarsit Caino admodum (sc. ira ο: gravem iram concepit), et cecidit vultus ejus (ο: vultus ejus tristitiam ostendebat).
6. Et dixit *Jehova* Caino: *quare exarsit tibi* (ira), *et quare cecidit vultus tuus?*
7. *Nonne, si recte egeris, elevatio*³⁾ (sc. vultus erit tibi ο: vultu hilari incedere potes)? *Sin vero non recte egeris, ad januam peccatum cubat*⁴⁾ (ο: insidiator erit, serae instar ad januam tuam recubantis tibi nunquam non insidiabitur), *et ad te* (erit) *appetitus ejus* (ο: meretricis instar te appetet), *sed tu dominaberis*⁵⁾ *ei* (ο: resistere ei debes).
8. Et collocutus⁶⁾ est Cainus cum Hebele, fratre suo, et fac-

Verss. varr. 1) Alii: a *Jehova*, alii: virum *Jehovam*. 2) Al. sub finem anni. Al. mense peracto. 3) Al. remissio peccati, sic *Hieronymus*: nonne si bene feceris, dimittetur tibi omne delictum tuum? Alii: nonne, si bene egeris, recipies sc. præmium? 4) *Schumann*: ad fores peccati decumbes ο: peccato obedientiam præstabis vile mancipium. 5) *Schumann*: et tu cum eo (peccato) rem habes ο: ei obtemperas. 6) Alii, lectione mutata: amarus fuit, amaro animo fuit adversus Hebelem. Alii: durius loquutus est cum. Alii ex textu. *Samarit.* addunt: *camus in ugrum*.

tum est, quum (aliquando) essent illi in agro, ut consergeret Cainus contra Hebelem, fratrem suum, et interficeret eum.

9. Et dixit Jehova Caino: *ubi est Hebel, frater tuus?* et dixit (Cainus): *nescio, num custos fratris mei ego (sum)?*
10. Et dixit Jehova: *quid fecisti* (ɔ: quantum scelus commisisti)? *vox sanguinis fratris tui clamat* (pr. vox sanguinum fratris tui clamantium) *ad me e terra* (ɔ: testis est, quod facinus patraveris, aut: cædes fratris tui a me vindictam postulat!)
11. *Et nunc maledictus tu (eris), e*¹⁾ *terra (exsul eris), quæ aperuit os suum ad suscipiendum sanguinem fratris tui a manu tua!*
12. *Quando coles terram, non perget dare* (haud amplius dabit, pr. non addet dando) *virtutem suam* (ɔ: fruges) *tibi: vagus et profugus (eris) in terra!*
13. Et dixit Cainus Jehovæ: *major (est) culpa*²⁾ *mea, quam quæ ferri possit.*
14. (Nam) *ecce expellis me hodie a facie hujus terræ* (ɔ: ex hac regione), *et a conspectu tuo* (ɔ: a te) *me occultabo, et ero vagus et profugus in terra, et fiet, quicunque invenerit me* (ɔ: inciderit in me), *occidet me.*
15. Et dixit ei Jehova: *propterea*³⁾, *quicunque occiderit Cainum, septuplo vindicabitur*⁴⁾ (Cainus), et posuit (dedit) Jehova Caino signum, ne occideret eum quicunque invenerit eum.
16. Et exiit Cainus a facie Jehovæ (ɔ: in exsiliū se contulit) et habitavit in terra Nod (ɔ: exsiliū) ab oriente Edenis.
17. Et cognovit Cainus uxorem suam, et concepit illa et peperit Chanochum, et fuit (Cainus) ædificans (ɔ: ædificavit) urbem et vocavit nomen urbis secundum nomen filii sui Chanochi.
18. Et natus est Chanocco Irad, et Irad genuit Mechujaëlem, et Mechujaël genuit Methuschaëlem, et Methuschaël genuit Lemechum.

Verss. varr. ¹⁾ Alii: miser esto in terra. Alii: detestabilis eris ipsi terræ.

²⁾ Alii: majus est scelus meum, quam quod condonari possit. Alii: tamne atrox facinus meum est, ut condonari nequeat? ³⁾ Alii: nequaquam, profecto.

⁴⁾ Alii: punietur. Rosenmüller: septuplo majores poenas luct.

19. Et duxit sibi Lemechus duas uxores: nomen alterius (erat) Ada et nomen alterius Zilla.
20. Et peperit Ada Jabalem: hic fuit pater habitantis (ο: habitantium) in tentoriis et (cum) pecore (ο: auctor, primus eorum, qui vitam degunt pastoritiam).
21. Et nomen fratri ejus (fuit) Jubal; hic fuit pater omnis tractantis (ο: omnium tractantium) citharam et tibiam¹⁾ (ο: citharae et tibiae inventor).
22. Et Zilla peperit etiam illa Thubal-Cainum, qui acuit²⁾ (s. malleando expolivit) omne instrumentum (pr. omne secans) aeris et ferri (ο: omnis generis instrumenta ænea et ferrea); et soror Thubal-Caini (fuit) Naama.
23. Et dixit Lemechus uxoribus suis:

*Ada et Zilla! audite vocem meam!
Uxores Lemechi! adtendite verbo meo!
Si³⁾ virum interfeci ad vulnus meum,
Et juvenem ad vibicem meam:
Si Cainus septuplo vindicatus est,
Lemechus septuagies septies!*

Sensus: „Si propter viri aut juvenis cædem vulnera et plagæ mihi intendantur, cum de Caino poena septuplex statuta fuerit, in Lemecho id fiet septuagies septies.“ Rosenmüller.

24. Et cognovit Adamus iterum uxorem suam, et peperit illa filium et vocavit nomen ejus Sehethum, nam (inquit) restituit mihi Deus semen aliud (ο: alium filium mihi dedit) pro Hebele, quia occidit eum Cainus (ο: quem occidit Cainus).
25. Et Et cognovit Adamus iterum uxorem suam, et peperit illa filium et vocavit nomen ejus Sehethum, nam (inquit) restituit mihi Deus semen aliud (ο: alium filium mihi dedit) pro Hebele, quia occidit eum Cainus (ο: quem occidit Cainus).
26. Et Schetho etiam illi natus est filius, et vocavit nomen ejus Enosch. Tunc coeptum⁴⁾ est vocare in nomine Jehovah (ο: tunc cultus Jehovah coepit).

Verss. varr. ¹⁾ Alii: psalterium, alii: organon. ²⁾ Alii: erudiens omnem opificem aeris et ferri. *Dathe*: qui omnia malleabat atque æs et ferrum fabricare coepit. ³⁾ Alii: num virum occidi? ο: non occidi. Alii: audite — me virum occidisse etc. ⁴⁾ Alii: tunc profanatum est in vocando nomine Jehovah. Alii: tunc cooperunt de nomine Jehovah vocari, cfr. *Illigen*: um diese Zeit pflegte man sich von Gott Jehovah zu benennen.

Caput V.

1. Hic est liber (catalogus) generationum *Adami*.
Quo die creavit Deus hominem, in similitudine Dei fecit eum.
2. Marem et feminam creavit eos, et benedixit iis et vocavit nomen eorum Adam die, quo creati sunt.
3. Et vixit *Adamus* triginta et centum annos, et genuit (filium) in similitudine sua, secundum imaginem suam (sibi naturā similem), et vocavit nomen ejus Schethum.
4. Et fuerunt dies Adami, postquam genuerat ille Schethum, octingenti anni, et genuit filios et filias.
5. Et fuerunt omnes dies Adami, quibus vixit, nongenti anni et triginta anni, et mortuus est.
6. Et vixit *Schethus* quinque annos et centum annos, et genuit Enoschum.
7. Et vixit Schethus, postquam genuerat ille Enoschum, septem annos et octingentos annos, et genuit filios et filias.
8. Et fuerunt omnes dies Schethi duodecim anni et nongenti anni, et mortuus est.
9. Et vixit *Enosch* nonaginta annos, et genuit Kenanem.
10. Et vixit Enosch, postquam genuerat ille Kenanem, quindecim annos et octingentos annos, et genuit filios et filias.
11. Et fuerunt omnes dies Enoschi quinque anni et nongenti anni, et mortuus est.
12. Et vixit *Kenan* septuaginta annos, et genuit Mahalallelum.
13. Et vixit Kenan, postquam genuerat ille Mahalallelum, quadraginta annos et octingentos annos, et genuit filios et filias.
14. Et fuerunt omnes dies Kenanis decem anni et nongenti anni, et mortuus est.
15. Et vixit *Mahalallel* quinque annos et sexaginta annos, et genuit Jerendum.
16. Et vixit Mahalallel, postquam genuerat ille Jerendum, triginta annos et octingentos annos, et genuit filios et filias.
17. Et fuerunt omnes dies Mahalallelis quinque et nonaginta anni et octingenti anni, et mortuus est.
18. Et vixit *Jered* duos et sexaginta annos et centum annos, et genuit Chanochum.

19. Et vixit **Jered**, postquam genuerat ille Chanochum, octingentos annos, et genuit filios et filias.
 20. Et fuerunt omnes dies Jeredi duo et sexaginta anni et nongenti anni, et mortuus est.
 21. Et vixit **Chanochus** quinque et sexaginta annos, et genuit Methuschalachum.
 22. Et ambulavit Chanochus cum Deo (ο: eum ducem seefatus est), postquam genuerat ille Methuschalachum, trecentos annos, et genuit filios et filias.
 23. Et fuerunt omnes dies Chanochi quinque et sexaginta anni et trecenti anni.
 24. Et ambulavit Chanochus cum Deo, et non ipse fuit (ο: quum per totam vitam Deum ducem adhibuisset, haud amplius inter homines visus est, non deinde in terris fuit), nam sumxit eum Deus (ο: sublimis abiit Chanochus).
 25. Et vixit **Methuschalachus** septem et octoginta annos et centum annos, et genuit Lemechum.
 26. Et vixit Methuschalachus, postquam genuerat ille Lemechum, duos et octoginta annos et septingentos annos, et genuit filios et filias.
 27. Et fuerunt omnes dies Methuschalachi novem et sexaginta anni et nongenti anni, et mortuus est.
 28. Et vixit **Lemechus** duos et octoginta annos et centum annos, et genuit filium.
 29. Et vocavit nomen ejus Noachum (ο: quietem ο: autorem quietis) dicendo: *hic consolabitur* (recreabit) *nos ab opere nostro et a dolore* (molestia) *manuum nostrarum ex terra* (ο: in cultu terræ), *cui maledixit Jehovah*.
Sperat Lemechus, fore, ut filius aliquando sit ipsi in agriculturæ molestiis et adjumento et solamini.
 30. Et vixit Lemechus, postquam genuerat ille Noachum, quinque et nonaginta annos et quingentos annos, et genuit filios et filias.
 31. Et fuerunt omnes dies Lemechi septem et septuaginta anni et septingenti anni, et mortuus est.
 32. Et fuit **Noachus** natus quingentos annos (pr. filius quingenorum annorum), et genuit Noachus Schemum, Chamum et Japhetum.
-

Caput VI.

1. Et factum est, ut inciperent homines augescere in superficie terræ, et filiae nascerentur ipsis.
2. Et viderunt filii Dei filias hominum, quod pulcræ (pr. bonæ) essent, et ceperunt sibi mulieres ex omnibus, quas delegerunt (pro Iubitu mulieres rapuerunt).
3. Et dixit Jehova: *non humiliabitur*¹⁾ *spiritus meus in homine in perpetuum* (ɔ: non in perpetuum superior et divina natura in corpore mortali habitabit, coelitus descendet et in terra versabitur) *propter*²⁾ *delicta eorum* (pr. in errore eorum), *ecce caro est* (ɔ: fragilis et sensualis naturæ est homo), *et erunt dies ejus centum et viginti anni.*
4. Gigantes fuerunt in terra diebus illis, et etiam postea, quum intrassent filii Dei ad filias hominum (ɔ: cum illis concubissent), et peperissent (hæ) illis (filios). Hi sunt potentes illi, qui a longo inde tempore viri nominis fuerunt (ɔ: qui antiquitus heroes et viri famosi innotuerunt).
5. Et vidit Jehova, magnam esse malitiam hominum in terra, et omne figmentum cogitationum animi eorum tantum malum (ɔ: omnia consilia eorum mala tantum) omni die (ɔ: per omne vitæ tempus).
6. Et poenituit Jehovah fecisse homines in terra, et doluit in animo suo.
7. Et dixit Jehovah: *delebo homines, quos creavi e superficie terræ, ab homine usque ad jumentum, usque ad reptile et ad aves coeli, nam poenitet me fecisse eos.*
8. Sed Noachus invenit gratiam in oculis Jehovah.
9. Hæc (est) historia Noachi:
Noachus vir justus et integer fuit in ætatis suis (ɔ: inter aequales suos); cum deo ambulavit Noachus.
10. Et genuit Noachus tres filios: Schemum, Chamum et Japhetum.

Verss. varr. ¹⁾ Alii: *non permanebit spiritus meus in hominibus* *Alii:* *non judicabit, dominabitur.* ²⁾ Rosenmüller: dum errare eos facit caro ɔ: quia carni laxarunt dominium et carnis voluptatibus adeo alte sunt immersi, ut emendationis spes plane nulla sit.

11. Et corrupta fuit terra in conspectu Dei, et plena fuit terra violentia.
12. Et vidit Deus terram, et ecce corrupta erat, quia corruperat omnis caro (ο: totum genus humanum) viam suam (ο: vivendi rationem) in terra.
13. Et dixit Deus Noach: *fuis omnis carnis venit coram me* (ο: constitui mecum, ut brevi homines intereant), *nam plena est terra violentia ab iis* (patrata), *et ecce me corrumpentem eos una cum terra* (ο: perdam eos, perdam et terram)!
14. *Fac tibi arcam arborum* (s. lignorum) *Gopher* (ο: e lignis cyparissorum confectam); (cum) *habitaculis divisis facies arcam*, *et picabis eam intrinsecus et extrinsecus pice*.
15. *Et ita facies eam* (ο: haec est illius construendi ratio): *trecentorum cubitorum longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo ejus et triginta cubitorum altitudo ejus* (erit).
16. *Lumen*¹⁾ (ο: fenestras) *facies arcæ, et ad cubitum* (ο: ad ulnæ longitudinem) *perficies illud* (eas) *superne; et januam arcæ in latere ejus pones; inferiora, secundana et tertiana facies eam* (ο: arcam i. e. tres construes contignationes, insimam, medium, supremam, in quas animalia et victus ad ea sustentanda distribuenda sunt).
17. *Et ego, ecce me adducturum diluvium, (diluvium inquam) aquarum super terram ad perdendum omnem carnem* (ο: omnia animantia), *in qua (est) spiritus vitæ sub coelo: omne, quod in terra est, exspirabit*.
18. *At pangam foedus meum tecum, et intrabis in arcam, tu et filii tui et uxor tua et uxores filiorum tuorum tecum*.
19. *Et ex omni vivo* (ο: omnibus animantibus), *ex omni carne bina de omnibus* (ο: de singulis animalibus singula paria) *inferes in arcam ad vitam conservandam tecum; mas et femina erunt*.
20. *Ex avibus secundum speciem suam et ex jumentis secundum speciem suam, ex omnibus reptilibus terræ secundum speciem suam, bina ex omnibus intrabunt ad te ad vitam (suam) conservandam*.

Vers. varr. 1) Alii: tectum.

21. *Et tu sume tibi de omni cibo (ο: omnis generis cibo), qui comeditur, et colliges ad (apud) te, et erit tibi et illis in cibum.*
 22. *Et fecit Noachus secundum omnia, quae præceperat ei Deus, sic fecit.*
-

C a p u t VII.

1. *At dixit Jehova Noacho: intra tu et omnis domus (ο: familia) tua in arcam, nam te video justum coram me (ο: me judice) ætate hac.*
 2. *Ex omnibus jumentis (ο: animalibus) puris sumes tibi septem septem¹⁾ (ο: septena paria), marem et feminam ejus, et ex jumentis (ο: animalibus), quæ non pura illa (sunt), bina (ο: unum par), marem et feminam ejus.*
 3. *Etiam ex avibus²⁾ coeli septena paria, marem et feminam ad conservandum in vita semen in superficie totius terræ.*
 4. *Quia ad dies adhuc septem (ο: elapsis abhinc septem diebus) ego pluviam demittam in terram quadraginta dies et quadraginta noctes, et delebo universitatem substantiæ (ο: omne quod subsistit), quam feci, e superficie terræ.*
 5. *Et fecit Noachus secundum omnia, quae præceperat ei Jehova.*
 6. *Et Noachus natus (erat) sexcentos annos, et diluvium fuit aquarum in terra (ο: quum aquis inundata sit terra).*
 7. *Et intravit Noachus et filii ejus et uxor ejus et uxores filiorum ejus cum eo in aream a facie aquarum diluvii (ο: aquas diluvii effugiturns).*
 8. *Ex animalibus puris et ex animalibus, quæ non erant pura, et ex avibus et omni, quod repit in terra,*
 9. *Singula paria intrarunt ad Noachum in arcam, mas et femina, quemadmodum præceperat Deus Noacho.*
 10. *Et factum est post septem dies, ut aquæ diluvii essent in terra.*
-

Vers. varr. 1) Alii: septena ο: tria paria et unus mas aut una femina.

2) Samaritanus addit: puris.

11. Anno sexcentesimo, anno vitae Noachi, mense secundo (o: Marchesvan s. Novembri), septimo decimo die mensis, die hoc fissi sunt (o: violenter aperti sunt, proruperunt) omnes fontes abyssi magnæ (o: Oceani), et catarrhae coeli aperte sunt (o: nubes coeli immensam aquarum vim effuderunt).
12. Et fuit imber super terra quadraginta dies et quadraginta noctes.
13. Ipso die hoc (pr. in osse diei istius) intravit Noachus et Schemus et Chamus et Japhetus, filii Noachi, et uxor Noachi et tres uxores filiorum ejus cum illis in arcam.
14. Illi et omne vivum (o: omnia animalia) secundum speciem suam et omnia jumenta secundum speciem suam et omnia reptilia reptantia in terra secundum speciem suam et omnes aves secundum speciem suam, omnes volucres, omnia alata (o: omnis generis volucres).
15. Atque intrarunt ad Noachum in arcam singula paria de omni carne, in qua spiritus vitae (erat).
16. Quæ intrarunt, mas et femina de omni carne intrarunt, quemadmodum præceperat ei Deus, et clausit Jehova post eum (o: postquam Noachus ingressus erat).
17. Et fuit diluvium quadraginta dies in terra, et excreverunt aquæ et sustulerunt arcam, et exaltata (elevata) est (illa) super terram.
18. Et invaluerunt aquæ et creverunt vehementer super terra, et ivit (ferri coepit) arca in superficie aquarum.
19. Et aquæ invaluerunt vehementissime (pr. cum vehementia vehementiæ) super terra, et tecti sunt omnes montes alti, qui sub toto coelo (sunt).
20. Quindecim cubitos desuper (o: quindecim cubitos super montibus altissimis) invaluerunt aquæ, et tecti sunt montes.
21. Et expiravit omnis caro, quæ repebat (o: omnia animantia, quæ versabantur) in terra, de avibus et de jumentis et de feris et de omnibus reptilibus reptantibus in terra, et omnes homines.
22. Omnia, in quorum naribus halitus spiritus vitae (erat), ex omnibus, quæ in sieco (in terra sicca erant), mortua sunt.
23. Et delevit ¹⁾ (Jehova) omnem substantiam (omne quod

Verss. varr. ¹⁾ Secundum aliam lectionem nonnulli: deleta est omnis substantia.

existeret), quæ in superficie terræ (erat), ab hominibus usque ad jumenta, usque ad reptilia et usque ad aves coeli, et deleta sunt (omnia) de terra, et relictus est modo Noachus et quod cum eo in area (erat).

24. Et invaluerunt aquæ super terra quinquaginta et centum dies.
-

Caput VIII.

1. Et recordatus est Deus Noachi et omnium ferarum et omnium jumentorum, quæ cum eo (erant) in area, et immisit (pr. transire fecit) Deus ventum in terram, et desiderunt aquæ.
2. Et clausi sunt fontes abyssi et catarractæ coeli (o: obstructi sunt Oceanii fontes, nec imbre amplius de coelo cedebant), et prohibitus est imber de coelo.
3. Et redierunt aquæ e terra (sc. in pristinum locum) eundo et redeundo (o: continuo magis magisque deereverunt), et defecerunt aquæ a fine quinquaginta et centum dierum (o: post 150 dies).
4. Et requievit area mense septimo (o: Aprili), septimo decimo die mensis in montibus Ararat (in Armenia).
5. Et aquæ pergebant ire et deficere (pr. fuerunt eundo et defiendo o: magis magisque diminuebantur) usque ad mensem decimum (o: Julium): decimo (mense), primo (die) mensis conspiciebantur (v. apparebant) capita (o: cacumina) montium.
6. Et factum est a fine quadraginta dierum, ut aperiret Noachus fenestras arcæ, quas fecerat.
7. Et emisit corvum, et exiit hic exēndo et redeundo (o: avolavit et revolavit), usque ad exsiccationem aquarum super terra (o: usque dum exsiccarentur aquæ etc).
8. Et emisit columbam a se, ut videret, num diminutæ essent (o: defluxissent) aquæ de superficie terræ.
9. At non invenit columba quietem plantæ pedis (o: habitacionem quietam o: locum ubi quiescere posset) et rediit ad eum in aream, quia aquæ (adhuc) in superficie omnis

- terræ (erant), et extendit (Noachus) manum suam et summis (o: recepit) eam (columbam) ad se in aream.
10. Et exspectavit adhuc septem dies alios et perrexit emittere (o: denuo emisit) columbam ex area.
 11. Et venit ad eum columba tempore vesperæ, et ecce folium oleæ recens (v. viride, pr. decerpsum) in ore (o: rostro) ejus, et intellexit Noachus, defluxisse aquas de terra.
 12. Et exspectavit adhuc septem dies alios et emisit columbam, et non perrexit (illa) redire ad eum amplius (o: non iterum rediit).
 13. Et factum est primo et sexcentesimo anno, primo (mense), primo (die) mensis (vitæ Noachi), ut exsiccatæ essent aquæ de terra, et removit Noachus tectum areæ et vidit, et ecce! exsiccata erat superficies terræ.
 14. Et mense secundo, septimo et vicesimo die mensis arida facta erat terra.
 15. Et locutus est Deus ad Noachum, dicendo:
 16. *Egredere ex arca tu et uxor tua et filii tui et uxores filiorum tuorum tecum!*
 17. *Omnia viva (o: animalia), quæ tecum (sunt), ex omni carne (o: de cunctis animantibus) inter aves et inter jumenta (o: pecora) et inter omnia reptilia, quæ repunt in terra, educas tecum, et scateant in terra et fetum proferant et augeantur in terra!*
 18. Et egressus est Noachus, et filii ejus et uxor ejus et uxores filiorum ejus cum eo.
 19. Omnia animantia, omnia reptilia et omnes aves, omnia repellentia (o: quidquid repit) in terra per genera sua (v. species suas, pr. cognationes) egressa sunt ex area.
 20. Et extruxit Noachus altare Jehovæ et summis de omnibus animalibus puris et de omnibus avibus puris, et obtulit holocausta in altari.
 21. Et odoratus est Jehova odorem suavem (pr. suavitatis), et dixit Jehova in animo suo (o: secum constituit): *non iterum maledicam amplius terræ* (pr. non addam maledicendo amplius terræ o: non iterum eam perdam) *propter hominem, quia figmentum cordis (o: animi) hominis malum (est) a pueritia ejus (o: innata et perpetua est hominum*

malitia), et non pergam amplius vastare (pr. percuttere) omnia animantia, sicuti feci.

22. *In posterum omnes dies terrae (ɔ: quamdiu exsistit mundus) sementis messisque et frigus calorque et aestas hyemsque et dies noxque non cessabunt (desinent).*

C a p u t I X.

1. *Et benedixit Deus Noachο et filii ejus et dixit: fecundi estote et augemini et implete terram!*
2. *Timor vestri et terror vestri erit super omnibus animalibus terrae et super omnibus avibus coeli (ɔ: timori et terrori eritis omnibus terrae animalibus et avibus). Omnia¹⁾ quae repunt humi (pr. in omnibus quae etc. ɔ: omnia quae numeranda sunt in reptilibus), et omnes pisces maris in manus vestras tradentur.*
3. *Omne reptile, quod vivum est (ɔ: omnia animalia, quae sese movent), vobis erit ad cibum, sicut viorem herbæ (ɔ: gramen viride) concedo vobis omnia (sc. animantia, et quidem præter herbas et fructus cfr, 1, 29—30).*
4. *Modo carnem in anima ejus, (h. e.) sanguine ejus (ɔ: carnem cruentam) ne comedatis!*
5. *Nam certe sanguinem vestrum animarum vestrarum (ɔ: qui ad animas vestras, vitam vestram pertinet) requiram (ɔ: vindicabo, ulciscar), a manu omnis bestiæ requiram eum (ɔ: sanguinem i. e. animadvertam in omne animal, quod hominem necaverit), et a manu hominis, a manu (inquam) viri fratris ejus²⁾ requiram animam hominis (ɔ: eujusque sanguinem ab eo, qui illum interfecerit, repetam).*
6. *Effundentem sanguinem hominis (quod attinet), per hominem sanguis ejus effundetur (ɔ: qui cædem commiserit,*

Vers. varr. 1) Nonnulli conjungunt cum anteced. timor et terror vester sit — — super omnibus, quae repunt etc. 2) Schumann: ab eo inquam, qui est frater ejus, quem occidit.

- suppicio debet affici), quia in imagine Dei fecit hominem (o: in imagine sua creavit Deus hominem).
7. At vos secundi estote et angemini, scatete in terra et augemini in ea!
 8. Et dixit Deus Noacho et filii ejus cum eo, dicendo (o: his verbis usus):
 9. *Ego! ecce me stabilientem (v. pangentem) foedus meum vobiscum et cum semine vestro post vos (o: cum posteris vestris)!*
 10. *Et cum omni anima viva (o: omnibus animantibus), quae vobiscum (est) in avibus, in jumentis et in omnibus feris terræ vobiscum (o: ex genere avium, jumentorum etc.), ex omnibus, quae egressa sunt ex arca (pr. egressis arcæ), ex (s. cum) omni animante terræ.*
 11. *Et stabiliam foedus meum vobiscum, et non exscindetur omnis caro amplius aquis diluvii, et non erit amplius diluvium ad perdendum terram (o: promitto vobis, neque animantia aquarum inundatione amplius perditum iri, neque terram diluvio iri in posterum vastatum).*
 12. Et dixit Deus: *hoc (sit) signum foederis, quod ego pango (pr. dans) inter me et inter vos et inter omnem animam vivam, quae vobiscum (existit), in generationes æternas (o: hoc sit vobis documento, quo confirmemini, me eorum, quae vobis et omnibus animantibus pollicitus sim, esse memorem).*
 13. *Arcum meum (o: iridem) posui in nube, et erit in signum foederis inter me et inter terram.*
 14. *Et fieri, quando colligo nubem super terram, ut conspiciatur (v. appareat) arcus in nube.*
 15. *Et recordabor foederis mei, quod (pactum est) inter me et inter vos et inter omnem animam vivam in omni carne (o: de cunctis animantibus), et non erunt amplius aquæ in diluvium ad perdendum omnem carnem.*
 16. *Et erit arcus in nube, et video eum ad recordandum foederis æterni inter Deum et inter omnem animam vivam de omni carne, quæ in terra (est).*
 17. Et dixit Deus Noacho: *hoc (est) signum foederis, quod stabilivi inter me et inter omnem carnem, quæ in terra (est).*

18. Fuerunt autem filii Noachi, egressi ex area, Schemus et Chamus et Japhetus, et Chamus erat pater Canaanis.
19. Tres hi filii Noachi (erant), et ab illis dispersa est tota terra (ο: eorum progenies per totam terram dissipata est).
20. Et coepit ¹⁾ Noachus, agricola (pr. vir terræ), plantare vi- neam (pr. coepit N. agricola et plantavit ο: primus con- sevit vineam).
21. Et babit de vino et inebraviat se et retexit (ο: nudavit) se in medio tentorii sui.
22. Et vidit Chamus, pater Canaanis, nuditatem (ο: pudenda) patris sui et indicavit (hoc) duobus fratribus suis, (qui) foris (ο: extra tentorium erant).
23. At sumsit (ο: sumserunt) Schemus et Japhetus pallium et imposuerunt humeris amborum et accesserunt retrorsum et texerunt pudenda patris sui, et vultus eorum (erant) retrorsum (ο: aversi), et pudenda patris sui non viderunt.
24. Et evigilavit Noachus e vino suo (ο: crapula sua) et cognovit (ο: certior factus est de eo), quod fecisset ipsi filius suus minor (natu).
25. Et dixit: *maledictus (s:t) Canaan, servus servorum erit fratribus suis* (ο: vilissima servitute pressus et fratribus suis addictus sit)!
26. Et dixit: *benedictus sit* (ο: celebretur) *Jehova, Deus Schemi!*
At sit Canaan servus iūs (ο: posteris Schemi)!
27. *Amplum* ²⁾ *spatium concedat Deus Japheto* (ο: amplissimam regionem colendam ei largiatur), *et habitabit* (Japhetus) ³⁾ *in tentoriis Schemi* (ο: ita dilatentur fines regionis Japheto concessæ, ut habitet etiam in sedibus Schemi), *at sit Canaan servus illis*!
28. Et vixit Noachus post diluvium trecentos annos et quinquaginta annos.
29. Et fuerunt omnes dies Noachi nongenti anni et quinquaginta anni, et mortuus est.

Vers. varr. ¹⁾ Alii: coepit Noachus sc. esse agricola. ²⁾ Alii: allicet Deus Japhetum, ut habitet. Jonathan: condecorat Jehova terminos Japheti.

³⁾ Alii: habitabit Deus in tentoriis Schemi.

Caput X.

1. Atque hæ (sunt) generationes filiorum Noachi, *Schemi, Chami et Japheti*, et nati sunt illis filii post diluvium.
2. Filii *Japheti*: Gomer et Magog et Madai et Javan et Tubal et Meschech et Tiras.
3. Et filii *Gomeri*: Aschkenas et Riphah et Thogarmah.
4. Et filii *Javanis*: Elischah et Tharschisch, Chittim et Dodanim.
5. Ab hisce dispersæ sunt regiones ¹⁾ gentium in terris ipsarum (ο: omnes illi populi, Japheto oriundi, illam sibi orbis terrarum partem diviserunt, quæ proprio nomine Hebrais *regiones gentium* dicuntur), quilibet (sc. populus, pr. vir) juxta linguam suam, juxta genera (v. familias) sua in gentibus suis.
6. Ac filii *Chami*: Cusch et Mizraim et Phut et Canaan.
7. Et filii *Cuschi*: Seba et Chavilah et Sabthah et Ramah et Sabtechah. Et filii *Ramæ*: Scheba et Dedan.
8. Et *Cusch* genuit Nimrodum; hic coepit esse potens in terra (ο: primus fuit, qui regnum inter homines condidit).
9. Ille fuit potens venatione ad conspectum Jehovah (ο: venator quam maxime validus); propterea dicetur (ο: dici solet ut proverbium): *ut Nimrodus potens venatione ad conspectum Jehovah*.
10. Et fuit initium regni ejus Babel et Erech et Achad et Chalneh in terra Schinear.
11. Ex terra hac egressus est Aschur ²⁾, qui aedificavit Niniven et Rechoboth-Ir ³⁾ et Calach.
12. Et Resen (sita est) inter Niniven et Calach, hæc est urbs magna (ο: reliquarum maxima).
13. Et Mizraim genuit Ludeos et Anamæos et Lehabæos et Naphthuchæos
14. Et Pathrusæos et Casluchæos, ex quibus exierunt Pelischthæi et Caphthoræi.
15. Et Canaan genuit Zidonem, primogenitum suum, et Chethum

Vers. varr. 1) Alii: insulæ. 2) Alii: ex qua terra egressus est sc. Nimrodus in Assyriam. 3) Alii: Rechoboth urbem.

16. Et Jebusi et Emori et Gargaschi
17. Et Chivi et Arki et Sini
18. Et Aryadi et Zemari et Chamathi, et postea dispersæ sunt familiæ Canaanis (ο: Cananæorum familiae per varias regiones sese diffuderunt).
19. Et erat (ο: extendebat) terminus Canaanis (ο: Cananæorum) a Zidone, qua itur (pr. quoad venire tuum, dum is) Gerarem usque ad Assam, qua itur Sodomam et Gomorram et Admam et Zeboim usque ad Lascham.
20. Hi filii (ο: posteri) *Chami* juxta familias suas, juxta linguas suas in regionibus suis, in gentibus suis.
21. Et *Schemo*¹⁾ natum est quoque ipsi (ο: suscepta soboles etiam ipsi), patri (seilicet) omnium filiorum Eberi, fratri Japheti, (natu) majori²⁾.
22. Filii *Schemi*: Elam et Aschur et Arphachschad et Lud et Aram.
23. Et filii Arami: Uz et Chul et Gether et Masch.
24. Et Arphachschad genuit Schelachum, et Schelachus genuit Eberum.
25. Et Ebero nati sunt duo filii; nomen prioris Peleg, nam diebus ejus divisa est terra, et nomen patris ejus (erat) Joktan.
26. Et Joktan genuit Almodadum et Schelephum et Chazarmavethum et Jerachum .
27. Et Hadoramum et Ussalem et Diklam
28. Et Obalem et Abimaelum et Schebam
29. Et Ophirum et Chavilam et Jobabum: omnes hi (suerunt) filii Joktanis.
30. Et sicut habitatio (sedes) eorum a Meſcha, usque dum venias Sepharum, montem Orientis (ο: montana Orientalia).
31. Hi (suerunt) filii *Schemi* juxta familias suas, juxta linguas suas, in regionibus suis, in gentibus suis.
32. Hæ (suerunt) familiæ filiorum *Noachi* juxta generationes suas, in gentibus suis, et ex illis dispersæ sunt gentes (ο: diversæ nationes originem dueunt) in terra post diluvium.

Verss. varr. ¹⁾ *Syrus*: et *Schemus* genuit etiam ipse etc. *Dathé*: et *Semo* nata est copia (ο: Semus pater multarum gentium fuit), hic est pater omnium *Hebraeorum*. ²⁾ *Alii*: *majoris*, ut conjugatur cum *Japheti*.

Caput XI.

1. Et fuit universa terra unius linguae et verborum eorundem (ο: omnes homines tunc una eademque lingua et eodem sermone utebantur).
2. Et factum est, cum proficiscerentur (pr. in τῷ proficisci eorum) ex Oriente, ut invenirent vallem (ο: planitatem) in terra Schinar, et consederunt ibi.
3. Et dixerunt alter alteri (pr. vir proximo suo): *agedum! ducamus* (pr. laterisicemus) *lateres et uramus* (eos) *ad ustionem* (ο: eosque igne coquamus)! Et fuit illis later pro lapide, et bitumen fuit illis pro luto.
4. Et dixerunt: *age! ædificemus nobis urbem et turrim, et caput* (ο: fastigium) *ejus* (sit) *in coelo*¹⁾ (ο: turrim altissimam), *et faciamus nobis nomen* (ο: signum, ut ad locum nostrum, si discesserimus, facili negotio possimus redire), *ne*²⁾ *dispergamus per superficiem omnis terræ!*
5. Et descendit Jehova ad videndum urbem et turrim, quam ædificabant filii hominis (ο: homines).
6. Et dixit Jehova: *ecce! unus populus et lingua una omnibus* (est), *et hoc est, quod incepérunt facere* (pr. hoc est τὸ incipere eorum ad faciendum), *et nunc non prohibebitur ab illis omne, quod cogitaverint facere* (ο: jam prosperum initium fecerunt hujus operis, quo fiet, ut nihil non sibi deinceps successurum sperent).
7. *Age! descendamus et confundamus ibi linguam eorum, ita ut non audiant* (ο: intelligent) *alter linguam alterius.*
8. Et dispersit Jehova eos inde super faciem universæ terræ, et desierunt ædificare urbem.
9. Propterea vocatum est (pr. vocavit sc. vocans) nomen ejus Babel, nam ibi confudit Jehova linguam universæ terræ, et inde dispersit eos Jehova super faciem universæ terræ.
10. Hæ (sunt) generationes (v. hæc est genealogia) *Schemi: Schemus* natus (erat) centum annos, et genuit Arphachschadum biennio post diluvium.

Vers. varr. 1) Alii; in coelum ο: ad coelum usque pertingat. 2) Alii: comparemus nobis famam, antequam dispergamur.

11. Et vixit Schemus, postquam genuerat ille Arphachschadum, quingentos annos, et genuit filios et filias.
12. Et *Arphachschadus* vixit quinque et triginta annos, et genuit Schechachum.
13. Et vixit Arphachschadus, postquam genuerat ille Schelachum, tres annos et quadringentos annos, et genuit filios et filias.
14. Et *Schelachus* vixit triginta annos, et genuit Eberum.
15. Et vixit Schelachus, postquam genuerat ille Eberum, tres annos et quadringentos annos, et genuit filios et filias.
16. Et vixit *Eberus* quatuor et triginta annos, et genuit Pelegum.
17. Et vixit Eberus, postquam genuerat ille Pelegum, triginta annos et quadringentos annos, et genuit filios et filias.
18. Et vixit *Pelegus* triginta annos, et genuit Reum.
19. Et vixit Pelegus, postquam genuerat ille Reum, novem annos et ducentos annos, et genuit filios et filias.
20. Et vixit *Reus* duos et triginta annos, et genuit Serugum.
21. Et vixit Reus, postquam genuerat ille Serugum, septem annos et ducentos annos, et genuit filios et filias.
22. Et vixit *Serugus* triginta annos, et genuit Nachorem.
23. Et vixit Serugus, postquam genuerat ille Nachorem, ducentos annos, et genuit filios et filias.
24. Et vixit *Nachor* novem et viginti annos, et genuit Therachum.
25. Et vixit Nachor, postquam genuerat ille Therachum, novendecim annos et centum annos, et genuit filios et filias.
26. Et vixit *Therachus* septuaginta annos, et genuit Abramum, Nachorem et Haranem.
27. Et hæc est historia *Therachi*:
Therachus genuit Abramum, Nachorem et Haranem, et Haran genuit Lotum.
28. Et mortuus est Haran ad faciem Therachi, patris sui (o: vivente et superstité patre), in terra nativitatis suæ (o: in solo suo natali), Ure Chaldæorum.
29. Et duxerunt (pr. duxit) Abramus et Nachor sibi uxores; nomen uxoris Abrami (erat) Sarai, et nomen uxoris Nachoris (erat) Milca, filia Haranis, patris Milcae et patris Iiseæ.

- ¶ 30. Et erat Sarai sterilis, nulla ei (erat) proles.
- ¶ 31. Et sumsit Therachus Abramum, filium suum, et Lotum, filium Haranis, filium filii sui, et Sarai, nurum suam, uxorem Abrami, filii sui, et egressi sunt (vel alii, qui Ure habitabant, vel ceteri, qui ad familiam Therachi pertinebant) cum illis¹⁾ Ure Chaldaeorum ad eundum (migrandum) in terram Canaanis (ο: Cananæam). Et venerunt Charanem et consederunt ibi.
- ¶ 32. Et erant dies Therachi quinque anni et ducenti anni, et mortuus est Therachus Charane.

Caput XII.

1. Et dixit Jehova Abramo: ito tibi (ο: migra) e terra tua et e natalibus tuis (ο: e terra, ubi natus es, e patria tua) et e domo patris tui, in terram, quam monstrabo tibi!
2. Et faciam te in gentem magnam (ο: posteros tuos augebo, ut magnam efficiant gentem), et benedicam tibi (ο: omni bonorum genere te felicem reddam), et magnum faciam nomen tuum (ο: illustrem te et celebrem reddam), et esto benedictio (ο: felicissimus, omnibus bonis eris cumulatus)!
3. Et benedicam benedicentibus tibi et maledicenti tibi maledicam (ο: amicis tuis favebo, perdam inimicos), et bene precabuntur sibi²⁾ per te (ο: per posteros tuos) omnes gentes terræ (ο: sibi posterorum tuorum sortem adprecabuntur)!
4. Et profectus est Abramus, quemadmodum dixerat (ο: præceperat) ei Jehova, et profectus est cum eo Lotus, et Abramus natus (erat) quinque annos et septuaginta annos, cum exiret Charane.
5. Et sumsit (ο: secum duxit) Abramus Sarai, uxorem suam, et Lotum, filium fratris sui, et omnes facultates ipsorum (pr. omne acquisitum eorum), quas acquisiverant, et animas

Verss. varr. ¹⁾ Alii: cum suis. ²⁾ Alii: felicitatem consequentur.

(pr. animam o: servos), quas comparaverant (pr. fecerant) - Charane, et egressi sunt ad proficiscendum in terram Cananæam, et venerunt in terram Cananæam.

6. Et transiit Abramus per terram usque ad locum Sichemi (o: ubi deinde Sichem exstructa est), usque ad terebinthum ¹⁾ Moreh, et Cananitæ tune (erant) in terra.
7. Et apparuit (pr. conspiciendum se præbuit) Jehova Abramo et dixit: *semini tuo* (o: posteris tuis) *dabo terram hanc*. Et extruxit ibi altare Jehovæ, qui apparuerat ipsi.
8. Et migravit (pr. revellit se. paxillos tentorii terræ infixos, castra movit) inde montem (o: regionem montanam) versus, (qui est) ab oriente Bethelis, et fixit (pr. expandit) teatorium suum; Bethel (erat) a mari (o: ab occidente), et Ai ab oriente, et extruxit ibi altare Jehovæ et invocavit nomen Jehovæ (o: sacra fecit).
9. Et profectus est (pr. paxilos tentorii evellit ad castra movenda) Abramus cundo et proficiscendo (o: sensim iter persecutus est Nomadum more) meridiem versus.
10. Et oborta est fama in terra illa, et descendit Abramus in Aegyptum ad peregrinandum (o: commorandum) ibi, nam gravis erat famæ in terra illa (o: Cananæa).
11. Et factum est, cum appropinquaret ad veniendum in Aegyptum (o: cum jam propius Aegyptum accessisset), ut diceret Sarai, uxori suæ: *ecce quæso, scio, mulierem formosam adspectu te* (esse).
12. *Et fiet, quando viderint te Aegypti et dixerint* (o: cogitaverint): *uxor ejus hæc* (est), *tum interficient me, sed te vivam conservabunt*.
13. (Quare) *dic, quæso, sororem meam te* (esse), *ut bene mihi sit propter te, et vivat anima mea tua causa* (o: hoc tibi debebo, quod vivam)!
14. Et factum est, quum venisset Abramus in Aegyptum, ut viderent Aegypti mulierem, quod formosa (esset) illa valde (o: formosissimam eam esse).
15. Et viderunt eam principes (v. aulici) Pharaonis et laudarunt eam coram Pharaone, et capta est mulier (et deducta in) domum Pharaonis.

Verss. varr. ¹⁾ Alii: quercum. *Castellio* et alii: planitem.

- I 16. Et Abramo benefecit (Pharao) propter eam, et fuit ei grex et armentum (o: oves et boves) et asini et servi et ancillæ et asinæ et camelii.
- I 17. At percussit Jehova Pharaonem plagis magnis (o: graviter afflixit eum aut merbo aut alio infortunio) et domum ejus propter Sarai, uxorem Abramii.
- I 18. Et vocavit (o: venire jussit) Pharao Abramum et dixit: *quare hoc fecisti mihi? Quare non indicasti mihi, uxorem tuam (esse) hanc?*
- I 19. *Quare dixisti: soror mea hæc (est)? Et sumsi eam mihi in uxorem (o: quamobrem non dubitavi, quominus eam ducerem uxorem), et nunc, ecce! uxorem tuam sume et abi!*
- ¶ 20. Et præcepit de eo Pharao viris (o: certis hominibus, quos ad hanc rem destinavit), et dimiscerunt (o: ut ad terminos regni deducerent) eum et uxorem ejus et omnia, quæ illi (erant).
-

Caput XIII.

- I 1. Et adscendit Abramus ex Aegypto ipse et uxor ejus et omnia, quæ ipsi (erant), et Loto cum eo, meridiem versus (sc. Cananææ).
2. Et Abramus dives (pr. gravis) admodum (erat) pecore, argento et auro.
3. Et profectus est per mansiones suas (o: nomadum instar certis locis commoratus) a meridie usque ad Bethelem, ad eum locum, ubi fuerat tentorium ejus initio (o: priusquam in Aegyptum demigraret), inter Bethelem et inter Ai,
4. Ad locum altaris illius, quod fecerat (exstruxerat) ibi antea, et invocavit ibi Abramus nomen Jehovah.
5. Et etiam Loto proficiscenti cum Abramo erat (o: erant) grex et armentum (o: oves et boves) et tentoria.
6. Et non ferebat eos terra ad habitandum simul (o: non permisit iis pascuum illius regionis ob numerosas ipsorum greges, ut simul habitarent), nam erant facultates corum magnæ, et non potuerunt (illi) habitare simul (o: majo-

res erant opes eorum, quam ut unam eandemque regionem possent incolere).

7. Et exstitit (v. orta est) rixa inter pastores pecoris Abrami et inter pastores pecoris Loti. At Cananitæ et Pherezitæ tunc habitabant in terra.
8. Et dixit Abramus Loto: *ne quæso sit contentio inter me et inter te, atque inter pastores meos et inter pastores tuos, quia consanguinei* (pr. viri fratres) *nos* (sumus)!
9. *Nonne universa hæc terra* (regio) *coram te* (est ḥ: patet tibi)? *Separat te, quæso, a me!* *Si ad sinistram* (sc. discesseris), *tum ad dextram ibo* (v. me convertam), *sin vero ad dextram* (sc. abieris), *ad sinistram me convertam*.
10. Et sustulit Lotus oculos suos et vidi totum tractum ¹⁾ Jordanis (ḥ: circa Jordanem), quod totus esset (multis fontibus) irrigatus. Antequam perderet Jehova Sodomam et Gomorram (erat) sicut hortus Jehovæ, sicut terra Ægypti (similis erat ea regio horto amoenissimo sive Ægypto), usque dum venias Zoarem (ḥ: usque ad Zoarem).
11. Et elegit sibi Lotus omnem tractum Jordanis, et profectus est Lotus orientem versus*. Et separati sunt alter ab altero (pr. vir a fratre suo).
- *Pr. ab oriente; elliptice pro: profectus est Lotus, ut habitaret ab oriente ḥ: in tractu orientali.
12. Abramus habitavit in terra Cananæa, et Lotus habitavit in urbibus tractus illius (circa Jordanem), et tentoria promovit ²⁾ usque ad Sodomam.
13. Et viri Sodomæ mali (erant) et peccatores coram Jehova valde (ḥ: impii quammaxime in Deum).
14. Et Jehova dixit Abramo, postquam separaverat se Lotus ab illo: *tolle, quæso, oculos tuos et contemplare ex loco, ubi tu* (versaris), *septentrionem et meridiem et orientem et occidentem versus!*
15. *Nam universam hanc terram, quam tu vides, tibi eam dabo et semini tuo* (ḥ: posteris tuis) *in perpetuum.*
16. *Et reddam* (pr. ponam) *semen tuum ut pulverem terræ: si poterit quis* (pr. vir) *numerare pulverem terræ, etiam semen tuum numerabitur.*

Vers. varr. ¹⁾ Alii: planitiem. ²⁾ Alii: fixit.

17. *Surge, proficiscere in terra (v. terram peragra) juxta longitudinem ejus et juxta latitudinem ejus! Nam tibi eam dabo.*
18. *Et movit¹⁾ tentoria Abramus et venit et habitavit ad terebinthos²⁾ Mamræ, quæ (sunt) in Chebrone (o: juxta Chebronem), et exstruxit ibi altare Jehovæ.*

Caput XIV.

1. *Et factum est diebus Amraphelis, regis Schinearis, Arjochi, regis Ellasaris, Kedorlaomeri, regis Elami, et Thidalis, regis gentium³⁾ (o: Galilææ).*
2. *- Ut gererent bellum cum Bera, rege Sodomæ, et cum Birsecha, rege Gomorræ, Schineabo, rege Admæ, et Scheimebero, rege Zeboim, et (cum) rege Belæ, hæc Zoar (nunc appellatur).*
3. *Omnes hi sociati convenerunt in vallem Siddim⁴⁾, quæ (nunc dicitur) mare salis (o: mare salsum s. mortuum).*
4. *Duodecim annos servierant (o: tributa solverant) Kedorlaomero, et tertio decimo anno rebellarunt.*
5. *Sed quarto decimo anno venit Kedorlaomer et reges, qui eum eo (sc. foedere conjuncti erant), et profligarunt Rephaitas⁵⁾ in Aschtaroth-Karnaim et Sus-tas⁶⁾ in Hama et Emitas in Schave-Kirjathaim⁷⁾,*
6. *Et Choritas in monte ipsorum Seir usque ad terebinthum⁸⁾ Parans, quæ (est) juxta desertum (o: quæ non procul abest a deserto sc. Arabiae).*
7. *Et redierunt et venerunt ad En-Mischphat (o: fontem iudicii), hic (locus) Kadesch (nunc dicitur), et devastarunt (pr. percusserunt) omnem agrum Amalekitarum et etiam Amoritarum, qui habitabant in Chazazon-Thamar.*
8. *Et exiit rex Sodomæ et rex Gomorræ et rex Admæ et rex*

Vers. varr. ¹⁾ Alii: tetendit, fixit. ²⁾ Alii: in querectis. ³⁾ Alii: Gojitarum. ⁴⁾ Alii: planitem agrorum. Al. vallem rectitudinum o: planam planitem. ⁵⁾ Al. gigantes. ⁶⁾ Al. fortes. ⁷⁾ Al. planicie (urbis) Kirjathaim. ⁸⁾ Alii: planitem s. campestria.

Zeboim et rex Belæ, hæc Zoar (nunc dicitur), et instruxerunt contra eos aciem (pr. bellum) in valle Siddim,

9. Contra Kedorlaomerum, regem Elami, et Thidalem, regem gentium, et Amraphelem, regem Schinearis, et Arjochum, regem Ellasaris, quatuor reges contra quinque.
10. Sed vallis Siddim repleta erat puteis (pr. putei putei erat) bituminis, et fugerunt reges (pr. rex) Sodomæ et Gomorræ et ceciderunt ibi, et reliqui (qui e proelio evaserunt) ad montem (o: montes) fugerunt.
11. Et sumserunt (sc. victores) omnes facultates Sodomæ et Gomorræ et omnem cibum (v. annonam commeatumque) eorum et abierunt.
12. Et sumserunt (o: captivum abduxerunt) Lotum et opes ejus, filium fatris Abramii, et abierunt, et ille (tunc) habitabat Sodomæ.
13. At venit quidam fugâ elapsus (v. qui e pugna evaserat) et nuntiavit Abramo Ebræo; hic autem habitavit ad terebinthos Mamrei Amoritæ, satris Escholis et fratris Aneri, atque hi (erant) conjuncti foedare cum Abramo (pr. domini foederis Abramii).
14. Et audivit Abramus, captivum abductum esse fratrem (o: consanguineum) suum, et eduxit (ad pugnam) initiatos (o: peritos v. viros probatae fidei) suos, natos domus suæ (o: vernas suos), octodecim et trecentos, et persecutus est (hostes) usque ad Danem.
15. Et divisit se super eos (o: copiis divisis eos aggressus est) nocte, ipse et servi ipsius, et profligavit eos et persecutus est eos usque ad Chobam, quæ (est) a sinistra (o: ad septentrionem) Damasci.
16. Et reduxit omnes opes, et etiam Lotum, fratrem (o: consanguineum) suum, et opes ejus reduxit, et etiam mulieres et populum (o: mulieres, universam denique populum).
17. Et exiit rex Sodomæ obviam ei, postquam redierat ille a profligando Kedorlaomerum et reges, qui cum eo (conjuncti erant), in vallem Schave, hæc (nunc dicitur) vallis regis (v. regia).
18. Et Melchisedecus, rex Schalemi, produxit (v. adulit) panem et vinum; et ille (fuit) sacerdos Dei summi.

19. Et benedixit ei (Abramo ɔ: gratulabundus de victoria fausta quæque ei adprecatus est) et dixit: *benedictus* (sit) *Abramus Deo supremo* (ɔ: benefaciat ei Deus), *possidenti coelum et terram* (ɔ: domino coeli et terræ)!
20. *Et benedictus* (sit) *Deus supremus* (ɔ: laudetur, gratiae ei agantur), *qui tradidit hostes tuos in manum tuam!* Et dedit (Abramus) ei (Melchisedeco) decimam ex omnibus (ɔ: decimam prædæ partem).
21. Et dixit rex Sodomæ Abramo: *da mihi animas* (ɔ: homines Sodomitas, quos reduxisti), *et opes sume tibi!*
22. Et dixit Abramus regi Sodomæ: *sustuli manum meam ad Jehovam, Deum supremum, possidentem coelum et terram,*
23. (Hoc jurans): **si a filo*¹⁾ *usque ad corrigiam calcei, et si* (inquam) *sumserim de omnibus, quæ tibi* (sunt — male me perdat Deus!). *Nou enim dices: ego ditavi Abramum.*
- *ɔ: neque filum neque corrigiam calcei s. ne minimum et vilissimum quidem accipiam ex illis, quæ tua sunt.
24. *Nihil ad me*²⁾ (perveniat ɔ: nihil mihi vindico)! *Tantum quod comedenterunt pueri* (ɔ: servi) *et pars virorum, qui profecti sunt mecum, Aneri, Escheolis et Mamrei, hi accipient partem suam* (prædæ)!

C a p u t X V .

1. Post res hasce (pr. verba hæc) factum est verbum Jehovæ ad Abramum (ɔ: effatum Jehovæ ad Abramum pervenit) in visione, dicendo: *ne timeas Abrame! Ego* (sum) *clipeus tibi* (ɔ: præsidio tibi sum adversus omnia pericula), *merces*³⁾ *tua magna erit admodum* (ɔ: permagna).
2. Et dixit Abramus: *domine Jehova! Quid dabis mihi? Nam ego discedam*⁴⁾ (sc. ex hac vita) *prole carens, et filius*

Vers. varr. ¹⁾ Alii: vestimentis ɔ: a rebus pretiosioribus usque ad vilissima quævis. ²⁾ Alii: præter illud. ³⁾ Alii: ego permagna tua merces sum. ⁴⁾ Alii: incedo, vitam ago, vivo.

- possessionis¹⁾* (ɔ: possessor) *domus meæ* (ɔ: rei familiaris meæ) *hic* (erit) *Damascenus Elieser.*
3. Et dixit Abramus: *ecce! mihi non dedisti semen* (ɔ: prolem), *et ecce filius domus meæ* (ɔ: verna meus) *haeres erit meus.*
 4. Et ecce verbum (ɔ: responsum) *Jehovæ* ad eum dicendo: *minime haeres tuus erit ille, sed qui egredietur e visceribus tuis* (ɔ: filius tuus genuinus), *is haeres erit tuus!*
 5. Et eduxit eum foras et dixit: *specta, quæso, coelum versus* (ɔ: adspice coelum), *et numera stellas, si poteris numerare eas!* dixitque ei: *ita erit semen tuum* (ɔ: tam numerosa erit proles tua)!
 6. Et fidem habuit *Jehovæ*, et imputavit (*Jehova*) hoc ei justitiam (ɔ: hanc fidem Abrami ut egregium pietatis documentum accepit).
 7. Et dixit ei: *ego (sum) Jehova, qui eduxi te Ure Chaldeorum, ut darem tibi terram hanc ad possidendum eam.*
 8. Et dixit (Abramus): *domine Jehova! Unde cognoscam, me possessurum esse eam?*
 9. Et dixit ei (*Jehova*): *sume mihi vitulam triennem et capram triennem et arietem triennem et turtarem et pullum columbinum.*
 10. Et sumsit ei omnia ista et dissecut ea in medio (ɔ: in duas partes) et posuit alteram partem segmenti (pr. virum segmenti sui) ex adverso alterius (pr. socii ejus ɔ: singulas partes dissectas singulis opposuit), at aves non dissecut.
 11. Et descenderunt aves rapaces (pr. descendit avis rapax) in cadavera illa (ɔ: segmenta victimarum), et abegit (pr. exsuffavit, flatu abegit) eas Abramus.
 12. Et factum est, cum sol ad occasum vergeret (pr. factum est, sol ad occidendum), ut sopor incideret super Abramum, et ecce terror, obsecuritas magna, eadebat (pr. cadens) super eum (ɔ: magno tenebrarum terrore correptus est).
 13. Et dixit (*Jehova*) Abramo: *profecto scies* (pr. sciendo scies), *peregrinum futurum esse semen tuum in terra non sua* (ɔ: aliena), *et servient (posteri tui) iis* (ɔ: incolis terræ

Vers. varr. 1) Alii: *filius cursitationis aut politionis domus meæ* ɔ: *procurator domus meæ est etc.*

peregrinæ), et vexabunt (sc. incolæ terræ peregrinæ) eos per quadringentos annos.

14. *Sed etiam gentem, cui servient, judicabo (poena afficiam ego, et postea egredientur (posteri tui) cum opibus magnis).*
15. *At tu venies ad patres (ɔ: majores) tuos in pace (ɔ: tranquillam ad mortem usque vitam ages); sepelieris in senectute bona (ɔ: jucunda, tranquilla).*
16. *Et generatio quarta redibit¹⁾ (pr. redibunt ɔ: generationis quartæ posteri tui) huc, nam non perfecta est improbitas Amoritarum huc usque (ɔ: nondum ad summum pervenit, ut poenam divinam effugere non possit).*
17. *Et factum est, cum sol occidisset (pr. factum est, sol iverat), et densa caligo esset, ut ecce (appareret) furnus sumans (pr. sumi) et fax ignea (pr. ignis), quæ transibat per segmenta illa (ɔ: dissectas animalium partes).*
18. *Die illo pepigit (pr. cecidit) Jehova cum Abramo foedus (ɔ: solennem ei dedit promissionem), dicendo: semini tuo dabo terram hanc a flumine Ægypti (ɔ: Nilo) usque ad flumen magnum, flumen Euphratem,*
19. *Kenitas et Kenisitas et Kadmonitas*
20. *Et Chethitas et Pherisitas et Rephaitas*
21. *Et Amoritas et Cananitas et Girgaschitas et Jebusitas.*

Caput XVI.

1. *At Sarai, uxor Abrami, non peperit ei, et illi (Sarai) ancilla Ægyptia (fuit), et nomen ejus Hagar (fuit).*
2. *Et dixit Sarai Abramo: ecce, quæso! occlusit me Jehova a pariendo (ɔ: negavit mihi prolem). Intra quæso ad ancillam meam! Forte ædificabor ex ea (ɔ: per illam proles mibi continget). Et obediens Abramus voci Sarai.*
3. *Et sumxit Sarai, uxor Abrami, Hagarem Ægyptiam, ancillam suam, a fine decem annorum (ɔ: exactis decem annis),*

Verss. varr.) Alii: *generatione quarta redibunt (posteri tui) etc.*

- ex quo consederat Abramus in terra Cananæa, et dedit eam Abramo, marito suo, ei in uxorem (ɔ: ut ei esset uxor).
4. Et intravit (hic) ad Hagarem, et concepit illa, sed vidi se concepisse, et contemta (pr. vilis) fuit hera ejus in oculis ejus (ɔ: heram suam contemnere coepit).
 5. Et dixit Sarai Abramo: *injuria*¹⁾ *mea* (fit) *propter te* (ɔ: tua causa injuriam ferre cogor). *Ego* (enim) *tradidi ancillam meam in sinum tuum* (ɔ: amplexibus tuis), *sed vidi*, *se concepisse*, *et contemta sum in oculis ejus: judicabit Jehova inter me et inter te* (ɔ: litem nostram dirimet Jehova)!
 6. Et dixit Abramus Sarai: *ecce! ancilla tua in manu* (ɔ: potestate) *tua* (est); *fac ei, quod bonum* (sit) *in oculis tuis* (ɔ: pro arbitrio eam tractes)! Et afflixit (ɔ: durius tractavit) eam Sarai, et auffugit (Hagar) a facie ejus.
 7. Et invenit (ɔ: offendit, incidit in) eam angelus Jehovah ad fontem aquæ in deserto, ad fontem illum in via Schuris (ɔ: quæ ducit Schurem).
 8. Et dixit: *Hagar, ancilla Sarai!* *Unde venis et quo abis?* Et dixit illa: *a facie Sarai, heræ meæ, ego fugio.*
 9. Et dixit ei angelus Jehovah: *redeas ad heram tuam et submitté te sub manus ejus!*
 10. Et (porro) dixit ei angelus Jehovah: *quammaxime* (pr. augendo) *augebo semen tuum* (ɔ: numerum posterorum tuorum), *et non numerabitur præ multitudine.*
 11. Et (denique) dixit ei angelus Jehovah: *ecce gravida es* (pr. te gravidam), *et paries filium, et vocabis nomen ejus Ismael* (ɔ: audit Deus), *nam audivit Jehovah afflictionem tuam.*
 12. *Et ille erit onager homo* (ɔ: præditus indeole onagri, onagro similis); *manus ejus* (erit) *in omnes et manus omnium in eum* (ɔ: manus conseret eum omnibus et omnes cum eo), *et ad faciem omnium fratrum suorum* (ɔ: fratribus suis ab oriente) *habitabit.*
 13. Et vocavit (Hagar) nomen Jehovah loquentis cum ipsa: *tu*

Vers. varr. 1) Alii: *lis est mihi contra te.* Alii: *injuria, que mihi fit, tibi incumbit.* Alii: *injuriae mihi factæ poena sit in te!* Dathe et Schott: *tuum est, injuriam mihi illatam ulcisci.*

Deus visionis (ο: qui te conspiciendum præbuisti), nam dixit: *an¹*) *etiam hic video* (vivo) *post visionem* (ο: postquam deum vidi)?

14. Ideo vocatus est puteus ille (pr. vocavit sc. vocans puteum illum): *puteus²*) *vivæ visionis* (ο: puteus, apud quem Deus sine vita jactura apparuit). Ecce est inter Kadesch et inter Bared.
15. Et peperit Hagar Abramo filium, et vocavit Abramus nomen filii sui, quem peperit Hagar, Ismael.
16. Et Abramus natus (erat) octoginta annos et sex annos, cum pareret Hagar Ismaelem Abramo.

Caput XVII.

1. Et fuit Abramus natus nonaginta annos et novem annos, et apparuit Jehova Abramo et dixit ei: *ego Deus omnipotens* (sum); *ambula coram me* (ο: vitam degas mihi probatam), *et esto integer* (sc. mōribus s. probus)!
2. *Et inibo* (pr. dabo) *foedus meum inter me et inter te, et augebo te quammaxime* (pr. cum vehementia vehementiæ).
3. Et procidit Abramus in faciem suam (ο: pronus in terram cecidit), et locutus est cum eo Deus dicendo:
4. *Ego* (ο: me quod attinet)! *ecce foedus meum tecum* (pangitur): *eris pater multitudinis populorum*!
5. *Et non vocabitur amplius nomen tuum Abramus* (ο: pater altitudinis), *sed erit nomen tuum Abrahamus* (ο: pater magnæ multitudinis), *nam patrem multitudinis populorum faciam te*.
6. *Et secundum reddam te quammaxime, et faciam te in gentes* (ο: parentem gentium), *et reges ex te egredientur*.
7. *Et erigam* (pangam) *foedus meum inter me et inter te et inter semen tuum post te per generationes ipsorum* (sc.

Vers. varr. ¹) Hieronymus: *profecto hic vidi posteriora videntis me* efr. Ex. 33, 23 etc. ²) Alii: *fons visionis Dei vivi*. Vulgatus: *puteum viventis et videntis me*.

posteriorum) *in foedus aeternum*, ut sim tibi Deus et semini tuo post te.

8. *Et dabo tibi et semini tuo post te terram peregrinationum tuarum* (ο: in qua peregrinaris), *totam terram Canaanæam in possessionem aeternam*, et ero illis Deus.
9. *Et dixit Deus Abrahamo: et tu foedus meum servabis, tu et semen tuum post te per generationes ipsorum.*
10. *Hoc (est) foedus meum* (ο: signum foederis me inter et vos pacti), *quod servabitis inter me et inter vos et inter semen tuum post te: circumcidi inter vos* (s. vobis) *omnem masculum* (ο: ut circumcidantur vobis omnes mares).
11. *Et circumcidetis carnem præputii vestri, et erit (hoc) signum foederis inter me et inter vos.*
12. *Et natus octo dies circumcidetur vobis omnis masculus per generationes vestras, natus domi* (ο: verna) *et emtus argento* (pr. acquisitio argenti) *ab omni filio peregrini* (ο: peregrinis), *qui non de semine tuo est.*
13. *Certe (pr. circumcidendo) circumcidetur natus domus tuæ et emtus argento tuo, et erit foedus meum in carne vestra in foedus aeternum* (ο: signum hoc foederis mei in corpore vestro erit perpetuum).
14. *Sed præputiatus mas* (ο: præputiatum quod attinet), *cujus¹⁾ caro præputii non circumcisæ fuerit, exscindetur anima illa* (ο: homo iste) *e populo suo* (ο: suppicio afficietur)! *Foedus meum fregit* (ο: violavit).
15. *Et dixit Deus Abrahamo: Sarai uxor tua* (ο: Sarai uxorem tuam quod attinet), *non vocabis nomen ejus Sarai* (ο: mulier generosa), *sed Sara* (ο: mulier secunda) *nomen ejus (erit).*
16. *Et benedicam ei, et etiam dabo ex ea tibi filium, et benedicam ei, et erit in gentes* (ο: mater erit gentium); *reges populorum ex ea erunt* (ο: originem trahent).
17. *Et cecidit Abrahamus in faciem suam, et risit et dixit in corde suo: num nato centum annos parietur* (ο: num homo centum annos natus liberos procreabit)? *Et num Sara, nata nonaginta annos, pariet?*
18. *Et dixit Abrahamus Deo: utinam Ismael vivat coram facie tua* (ο: te enim tuente)!

Verss. varr. ¹⁾ Alii: *qui non fuerit circumcisus quoad carnem præputii sui.*

1. 19. Et dixit Deus: profecto *Sara*, uxor tua, pariet tibi filium, et vocabis nomen ejus *Isaacum*, et pangam foedus meum cum eo in foedus aeternum semini ejus post eum (ο: cum eo et posteris ejus foedus aeternum mihi intercedet).
2. 20. Et de *Ismaele* audivi te (ο: Ismaelem quod attinet, votis tuis adnuam): ecce! benedicam ei, et secundum eum reddam et angebo eum vehementer: duodecim principes procreabit, et faciam eum in gentem magnam.
3. 21. At foedus meum pangam cum *Isaaco*, quem pariet tibi *Sara* circa tempus hoc anno sequenti.
4. 22. Et desuit (pr. absolvit) loqui cum eo, et ascendit Deus ab Abrahamo.
5. 23. Et sumsit Abrahamus *Ismaelem*, filium suum, et omnes natos domus suae (ο: verna suos) et omnes emtos argento suo, omnes mares inter viros domus Abrahami, et circumcidit carnem praeputii eorum ipso die hoc, quemadmodum locutus erat cum eo Deus.
6. 24. Et Abrahamus natus (erat) nonaginta et novem annos, cum circumcisus sit quoad carnem praeputii sui.
7. 25. Et *Ismael*, filius ejus, natus (erat) tredecim annos, cum circumcisus sit quoad carnem praeputii sui.
8. 26. Ipso die hoc circumcisus est Abrahamus et *Ismael*, filius ejus.
9. 27. Et omnes viri domus ejus, natus domi et emtus argento a filio peregrini (ο: peregrinis), circumcisi sunt cum eo.

Caput XVIII.

1. Atque apparuit ei *Jehova* ad terebinthos *Mamrae*, et ille sedebat (ad) januam tabernaculi circa aestum diei (ο: tempore meridiano).
2. Et sustulit oculos suos et vidit, et ecce tres viros stantes (ο: tres viri steterunt) coram ipso, et vidit et eucurrit obviam illis e janua tabernaculi, et incurvavit se in terram (ο: honoris exhibendi causa se prostravit).
3. Et dixit: domine! si, quæso, inveni gratiam in oculis tuis (ο: si qua mihi est apud te gratia), ne, quæso, prætereas servum tuum!

4. *Sumatur* (ɔ: adferatur) *quæso aliquantulum aquæ, et lavate* (ɔ: ut lavetis) *pedes vestros, et recubate* (pr. innitamini se. in cubitum) *sub hac arbore!*
5. *Et sumam frustulum panis, et reficite animum vestrum* (pr. fulcite cor vestrum ɔ: quo vos recreetis)! *Postea transibitis* (ɔ: iter vestrum continuabitis), *nam proptera transivistis ad servum vestrum* (ɔ: opportune accidit, ut tentorium meum transiretis). *Et dixerunt: ita facias, ut locutus es!*
6. *Et festinavit* (ɔ: festinanter adecurrit) *Abrahamus in tabernaculum ad Saram, et dixit: festinanter sume tria sata farinæ similæ* (ɔ: purissimæ farinæ), *depse et fac placentas!*
7. *Et ad armentum eucurrit Abrahamus et sumsit filium bovis* (ɔ: vitulum), *tenerum et bonum* (ɔ: pinguem), *et tradidit puero, et festinavit* (hic) *parare eum* (ɔ: qui cum propere mactaret et assaret).
8. *Et sumsit lac spissum*¹⁾ *et lac recens et filium bovis, quem paraverat, et posuit coram illis, et ipse stetit apud eos* (ɔ: iis ministravit) *sub arbore, et comederunt.*
9. *Et dixerunt ei: ubinam Sara, uxor tua? Et dixit: ecce, in tabernaculo* (est).
10. *Et dixit* (sc. unus ex viris hisce): *certe* (pr. redeundo) *redibo ad te circa tempus*²⁾ *reviviscens* (pr. vivum ɔ: redivivo præsente tempore ɔ: anno abhinc elapso, anno proximo), *et ecce filius* (erit) *Saræ, uxori tuae!* At Sara audivit ad januam tabernaculi, nam illa (sc. janua erat) post eum (sc. angelum, qui sub arbore sedens dorsum januae tentorii obversum habebat).
11. *Et Abrahamus et Sara senes erant, proiecti ætate* (pr. progressi in diebus); *desierat esse Saræ via ut mulieribus* (ɔ: desierat Sara menstrua pati).
12. *Et risit Sara apud se* (pr. in medio sui), *dicendo: postquam anus facta sum, eritne mihi voluptas*³⁾ (ɔ: num in senectute mea voluptati, quæ conceptum antecedit, indulgebo)! *Et dominus* (ɔ: maritus) *meus senex* (est).

Vers. varr. ¹⁾ Alii: butyrum. ²⁾ Alii: tempore, quo filius vivet. Alii: si vixerit Sara. ³⁾ Al. adolescentia, vigor ætatis, h[ab]l. num ad vigorem ætatis revertar?

13. Et dixit Jehova Abraham: *quare sic ridet Sara, dicendo: adcone vere pariam, et ego consenui* (o: num vere in senectute mea paritura sum)?
14. *Num nimis arduum esset Jehovæ quidquam* (pr. num mirum reddetur verbum a Jehova)? *Ad tempus constitutum redibo ad te, circa tempus præsens* (anni sequentis), et *Saræ (erit) filius!*
15. Et negavit Sara dicendo: *non risi, quia timebat*, at dixit (angelus ille): *minime, quia* (o: immovero) *risisti.*
16. Et surrexerunt inde viri illi et prospexerunt Sodomam versus (pr. ad faciem Sodomæ o: viam ingressi sunt, qua Sodomam itur), et Abrahamus ibat cum illis ad deducendum eos.
17. Et Jehova dixit: *num occultabo ego Abrahamo, quod ego facturus sum?*
18. *Et Abrahamus certissime futurus est in gentem magnam et validam, et bene precabuntur sibi per eum omnes gentes terræ* (cfr. c. 12 v. 3).
19. *Nam eum curavi¹⁾* (s. elegi), *ut præcipiat filius suis et domui suæ post se* (o: posteris suis), *ut observent viam* (o: religionem, præcepta) *Jehovæ ad exercendum justitiam et jus* (o: et juste et probe vivant), *ut præstet Jehova Abrahamo* (pr. venire faciat Jehova supra Abrahamum), *quod locutus est* (o: promisit) *ei.*
20. Et dixit (porro) Jehova: *clamor Sodomæ et Gomorræ²⁾,* *quia magnus est, et peccatum eorum, quia grave est admodum* (o: quod attinet clamorem, crimina Sodomitarum et Gomorritarum accusantem, quia magnus est etc. agendum):
21. *Descendam igitur et videbo, num secundum clamorem ipsarum* (pr. ipsius) *perlatum ad me, fecerint plane, et si non, cognoseam* (o: ut cognoscam, an forsitan res sese non ita habeat).
22. *Et sese converterunt inde viri et profecti sunt Sodomam, et Abrahamus adhuc stabat coram Jehova.*

Verss. varr. 1) Alii: *novi enim, eum præcepturum esse etc.* Rosenmüller: *diligo eum, quia præcipit etc.* Schumann: *respicio eum, ei cupio et prospicio, propterea quod etc.* 2) Alii: *quod attinet ad clamorem Sodomæ, magnus est etc.*

23. **E**t adpropinquavit (o: accessit ad Jehovam) Abrahamus et dixit: *num¹⁾ etiam perdes justum unacum improbo?*
24. **F**orsitan sunt quinquaginta justi in medio urbis. Num etiam perdes, et non condonabis loco illi (pr. tolles loco sc. delictum, delicti poenam) propter quinquaginta justos, qui in medio ejus (sunt)?
25. **A**bsit a te, ut facias juxta rationem (pr. verbum, rem) hanc, ut interficias justum cum impio, et sit justus sicut impius (o: ut eadem conditione tibi sit bonus et malus)! *Absit a te! Num judex totius terrae non faciet (o: exercet) justitiam?*
26. **E**t dixit Jehova: si invenero Sodomæ quinquaginta justos in medio urbis, condonabo toti loco illi propter eos.
27. **E**t respondit Abrahamus et dixit: ecce, quæso! aggressus sum²⁾ (v. incepi, suscepit) loqui cum Dominu, et ego (o: quamvis ego sum) pulvis et cinis.
28. **F**orsitan carent quinquaginta justi quinque (sc. hominibus o: desunt quinque in illo numero quinquaginta honorum): num perdes propter quinque (o: quod quinque desint), totam urbem? Et dixit (Jehova): non perdam, si invenero ibi quadraginta et quinque.
29. **E**t perrexit amplius loqui cum eo et dixit: fortasse invenientur ibi quadraginta. Et dixit: non faciam (sc. interitum urbis o: non perdam urbem) propter quadraginta (o: quod sint quadraginta).
30. **E**t dixit (Abrahamus): ne quæso exardescat (ira) domino et loquar: forsitan invenientur ibi triginta. Et dixit (Jehova): non faciam, si invenero ibi triginta.
31. **E**t dixit (Abrahamus): ecce, quæso, aggressus sum loqui ad Dominum: forsitan invenientur ibi viginti. Et dixit: non perdam propter viginti.
32. **E**t dixit (Abrahamus): ne, quæso, exardescat (ira) domino, et loquar modo hac vice (o: semel adhuc): fortasse invenientur ibi decem. Et dixit (Jehova): non perdam propter decem.
33. **T**um abiit Jehova, quum absolvisset loqui cum Abrahamo, et Abrahamus rediit in locum suum.

Vers. varr. 1) Alii: *num in ira etc.* 2) Alii: *volui.*

Caput XIX.

1. Et venerunt duo angeli illi Sodomam vespera, et Lotus sedebat in porta Sodomæ, et vidit Lotus (eos) et surrexit obviam illis (o: obviam illis processit) et incurvavit se facie in terram (o: facie in terram inclinata eos salutavit).
2. Et dixit: *ecce, quæso, domini mei! divertite, quæso, in domum servi vestri et pernoctate et lavate pedes vestros!* *Mane vero surgetis et abibitis in via vestra* (o: viam vestram continuabitis). At dixerunt: *minime, nam in platea pernoctabimus.*
3. Atque urgebat eos vehementer (o: precibus instabat), et diverterunt ad eum et venerunt in domum ejus. Et fecit illis convivium et liba fermentata coxit, (o: paravit), et comedenterunt.
4. Antequam cubitum abierant, viri urbis illius, viri Sodomæ, cinxerunt domum, a juvene usque ad senem, omnis populus ab extremitate (o: populus ad unum omnes, tam pueri quam senes).
5. Et clamabant ad Lotum et dicebant ei: *ubinam* (sunt) *virii illi, qui venerunt ad te hac nocte?* *Educ eos ad nos, ut cognoscamus eos* (o: rem cum iis habeamus)!
6. Et egressus est ad eos Lotus foras et januam clausit post se.
7. Et dixit: *ne, quæso, fratres mei, male agatis!*
8. *Ecce, quæso, mihi* (sunt) *duæ filiæ, quæ non cognoverunt virum* (o: virgines sunt). *Educam, quæso, eas ad vos, et facite illis juxta bonum in oculis vestris* (o: quibus pro arbitrio utimini)! *Tantum viris hisce ne faciatis quidquam, nam idecirco venerunt sub umbram trabis meæ* (o: propterea domum meam subierunt, quia in ea tutos sese fore sperabant).
9. Et dixerunt: *recede procul* (pr. accede ulterius o: longius hinc facesse a nobis)! Et dixerunt: *unus hic venit ad peregrinandum* (o: ut inquillinus sit inter nos), et *judicabit judicando* (o: judicem, magistrum agere vult). *Nunc malum faciemus tibi præ illis* (o: pejns te quam illos tractabimus). Et impetum fecerunt in virum, in Lotus, vehementer et accesserunt ad effringendum januam.

10. Sed porrexerunt (pr. emiserunt) viri (o: angelii) manus suas, et reduxerunt Lotum ad se in domum, et januam clauserunt.
11. Viros autem, qui (erant) extra domum (pr. ad januam domus), percosserunt cæcitatibus (o: tenebras oculis eorum offuderunt) a minimo usque ad maximum, et laborarunt (oppidani) in inveniendo januam (o: frustra quærebant januam invenire).
12. Et dixerunt viri (o: angelii) Loto: *adhuc quis tibi hic habes hic quempiam tuorum?* Gener et filii tui et filiae tuae et quodcunque tibi (fuerit) in urbe (o: qui cunque tibi sunt cognati, sive generi, sive filii filiaeque et quæcumque possides in urbe)? *Educito (eos) ex hoc loco!*
13. Nam perdituri sumus (pr. perdentes nos o: jam in eos sumus, ut perdamus) nos locum hunc, nam magnus est clamor ipsorum coram Jehovah, et misit nos Jehovah ad perpendendum eam (o: Sodomam).
14. Et egressus est Lotus et locutus est cum generis suis, qui duxerant filias ejus (sc. reliquas, praeter duas, domi versantes), et dixit: *surgite, egredimini ex loco hoc, quia perditurus est Jehovah hanc urbem!* Et erat quasi jocans (v. ludens) in oculis generorum suorum (o: videbatur iis jocari).
15. At cum aurora adscenderet, urgebant angelii Lotum dicendo: *surge! Sume uxorem tuam et duas filias tuas præsentes* (pr. inventas o: quæ tibi præsto sunt in ædibus tuis), ne *consumaris in culpa urbis* (o: ne in poena urbis pereas).
16. Et tergiversatus est Lotus, sed prehenderunt viri illi manum ejus et manum uxoris ejus et manum duarum filiarum ejus per miserationem Jehovah erga illum (o: quia Deus eum et familiam ejus servare voluit), et eduxerunt eum et deposuerunt (v. collocarunt) eum extra urbem.
17. Et factum est, cum eduxissent illi eos foras, ut diceret (unus ex angelis): *eripe te ob animam tuam (o: vitam tuam)!* Ne respicias post te neque subsistas in tota planicie! *In montem (o: in montes Moabiticos) eripe te (o: fuge), ne pereas!*
18. Et dixit Lotus illis: *minime, queso, domine!*

- .019. *Ecce, quæso! invenit servus tuus gratiam in oculis tuis, et magnam fecisti benevolentiam tuam, quam fecisti mihi* (pr. mecum. ɔ: insignem mihi præstisti benevolentiam), *ut servares vitam meam, sed ego non possum eripere me* (ɔ: effugere) *in montem, ne adhæreat mihi malum illud, et moriar* (vereor, ne malo correptus moriar).
- .020. *Ecce, quæso! urbs hæc propinqua* (est) *ad configiendum eo* (ɔ: propinqua est urbs, ad quam configiam), *et hæc¹ parva est. Eripiam me quæso eo!* Nonne parva est illa (urbs)²? *Et vivet anima mea.*
- .021. Et dixit ei (angelus): ecce! sustuli faciem tuam etiam ad rem hanc (ɔ: preces tuas etiam hac in re exaudiam), ne evertam hanc urbem, de qua locutus es.
- .022. *Festina, eripe te eo!* Nam non possum facere quidquam (pr. rem), donec perveneris illuc. Ideo vocatum est (pr. vocavit sc. vocans) nomen urbis illius Zoar.
- .023. Sol ortus est (pr. exiit) super terram, et Lotus venit Zoarem.
- .024. Tum Jehova pluere fecit super Sodomam et super Gomoram sulphur et ignem (ɔ: pluviam demisit sulphuris ignei), a Jehova de coelo.
- .025. Et subvertit urbes has et totam planitatem et omnes habitatores urbium et herbas terræ.
- .026. Et respexit uxor ejus (ɔ: Loti) post eum (pr. a tergo ejus ɔ: uxor Loti, quæ eum sequebatur, sese retro convertit), et facta est statua salis.
- .027. Et mane se contulit Abrahamus diluculo in locum, ubi steterat coram facie Jehovahæ.
- .028. Et prospexit versus Sodomam et Gomoram et ad omnem superficiem terræ planitiei, et vidit, et ecce, adscendit fumus terræ quasi fumus fornacis.
- .029. Et factum est, cum perderet Deus urbes planitiei illius, ut recordaretur Deus Abrahami, et emitteret Lotum e medio eversionis, cum everteret urbes, in quibus habitaverat Lotus.
- .030. Et adscendit Lotus ex Zoare (ɔ: Zoare relicta) et habitavit

Vers. varr. ¹) Alii: *atque hoc parum est, quod peto a te.* ²) Schumann: *nonne subvarvum est, ut vivam?*

- in monte (ο: montibus Moabiticis), et duæ filiæ ejus cum eo, nam timebat habitare Zoare, et habitavit in spelunca ipse et duæ filiæ ejus.
31. Et dixit primogenita minori (natū): *pater noster senex est, et vir nullus (est) in hac terra ad veniendum ad nos (ο: qui nobiscum congregiatur), secundum viam omnis earnis (ο: ut fert omnium hominum natura et consuetudo).*
32. *Age! bibendum præbeamus patri nostro vinum (ο: inebriemus cum vino), et concubamus cum eo, et vivificemus a patre nostro semen (ο: concipiamus prolem ex patre nostro)!*
33. Et propinarunt patri suo vinum nocte illa, et venit primogenita et concubuit cum patre suo, et non agnovit hic (sc. filiam esse), cum cubaret illa, et cum surgeret illa.
34. Et factum est postero die, ut diceret primogenita minori (natū); *ecce! concubui heri cum patre meo. Propinemus ei vinum etiam hac nocte! Tum veni et concubemus cum eo, et vivificabimus a patre nostro semen!*
35. Et propinarunt etiam nocte illa patri suo vinum, et surrexit minor (natū) et concubuit cum eo, et non agnovit hic (filiam esse), cum cubaret illa, et cum surgeret illa.
36. Et gravidæ factæ sunt duæ filiæ Loti a patre suo.
37. Et peperit primogenita filium et vocavit nomen ejus *Moab; hic (erat) pater Moabitarum usque ad hunc diem.*
38. Et minor (natū) etiam illa peperit filium, et vocavit nomen ejus *Ben-Ammi; hic (erat) pater filiorum Ammonis (ο: Ammonitarum) usque ad hunc diem.*

Caput XX.

1. Et profectus est Abrahamus exinde in terram meridiei (ο: meridionalem) et habitavit inter Cadesch et Schur et perigrinatus est Gerare.
2. Et dixit Abrahamus de Sara, uxore sua: *soror mea est. Eto misit Abimelechus, rex Geraris, et summisit Saram.*
3. Et venit Deus ad Abimelechum in somnio noctis et dixit

- ei: ecce te moritum (pr. mortuum ɔ: morieris tu) propter mulierem, quam sumsisti, et illa (est) conjux mariti (pr. nupta mariti ɔ: quæ nupsit viro).
- ¶ 4. Et Abimelechus non adpropinquaverat ad eam, et dixit: domine! num gentem etiam justam interficies (ɔ: num hominem innocentem punies)?
- ¶ 5. Nonne ille (Abrahamus) dixit mihi: soror mea est? Et illa, etiam illa dixit: frater meus ille (est). In integritate animi mei et in puritate manuum mearum feci hoc.
- ¶ 6. Et dixit ei Deus in somnio: etiam ego scio, te in integritate animi tui fecisse hoc, et cohibui etiam ego te a peccando in me. Propterea non permisi tibi, ut tangeres eam (ɔ: rem cum ea haberetis).
- ¶ 7. Et nunc redde uxorem viri, nam propheta est (ɔ: familiaris meus et nuntius), et deprecabitur pro te, et vives (pr. vive). Sin vero non reddideris, seito, te certissime (pr. moriendo) moritum esse, te et omnes, qui tibi (sunt).
- ¶ 8. Et mane surrexit Abimelechus diluculo et vocavit omnes servos (ɔ: aulicos) suos et narravit omnia verba illa in auribus eorum (ɔ: iis hæc omnia exposuit), et timuerunt viri illi vehementer.
- ¶ 9. Et vocavit Abimelechus Abrahamum, et dixit ei: quid fecisti nobis et quid peccavi in te, ut adduceres in me et in regnum meum peccatum magnum (ɔ: ut nos magni peccati reos faceres adeoque poenam nobis contraheres)? Facinora, quæ non fieri debent (pr. quæ non sient), fecisti mihi.
- ¶ 10. Et dixit Abimelechus Abrahamo: quid vidisti, ut faceres rem hanc (ɔ: quid tandem te eo adduxit, ut ita ageres)?
- ¶ 11. Et dixit Abrahamus: nam dixi (sc. in animo meo ɔ: cogitavi): profecto non est timor Dei in loco hoc, et insufficient me propter uxorem meam.
- ¶ 12. Et etiam vere soror mea (est), filia (scilicet) patris mei illa (est), modo non filia matris meæ, et facta est mihi in uxorem (ɔ: eam in matrimonium duxi).
- ¶ 13. Et factum est, quum migrare me jussisset (pr. errare fecisset) Deus e domo patris mei, ut dicarem ei: hæc (est)

- benevolentia tua, quam præstabis mihi: in omni loco,
quocunque venerimus, dic de me: frater meus est.*
14. Et sumsit Abimelechus oves et boves et servos et ancillas,
et dedit Abrahamo, et reddidit ei Saram, uxorem ipsius.
 15. Et dixit Abimelechus: *ecce terram meam coram te* (ɔ: terra
mea tibi patet)! *Ubi bonum in oculis tuis* (pr. in bono
in oculis tuis ɔ: ubiunque tibi placet), *habita!*
 16. Et Saræ dixit: *ecce! dedi mille* (siclos) *argenti fratri tuo.*
Ecce! hi (erunt) *tibi tegumentum*¹⁾ *oculorum* (ɔ: munus
piaculare, venie impetrandæ causa datum, muleta) *pro
omnibus*²⁾, *quaæ* (me autore) *tibi* (facta sunt), *et coram*³⁾ (*omnibus* (tuis). Et (Sara) convicta⁴⁾ erat (ɔ: non habe-
bat, quo se excusaret).
 17. Tum supplicavit Abrahamus Deo, et sanavit Deus Abimele-
chum et uxorem ejus et ancillas ejus, et pepererunt (ɔ:
pariendi facultas illis restituta est).
 18. Nam plane (pr. claudendo) clauserat Jehova omnem uterum
domus Abimelechi (ɔ: facultatem pariendi mulieribus ejus
ademerat), propter Saram, uxorem Abrahami.

Caput XXI.

1. Tandem Jehova visitavit Saram (ɔ: meminit promissi, quod b
ei dederat), ut dixerat, et præstítit (pr. fecit) Jehova Saræ, ut locutus erat.
2. Et gravida facta est et peperit Sara Abrahamo filium in n
senectute ejus, tempore constituto, quod locutus erat
cum eo (ɔ: prædixerat ei) Deus.
3. Et vocavit Abrahamus nomen filii sui, qui natus erat ipsi,
quem pepererat ipsi Sara, *Isaacum.*
4. Et circumcidit Abrahamus Isaacum, filium suum, natum m

Vers. varr. 1) Alii: *velamen* ɔ: *quibus velamen oculorum tibi emas.*
2) Alii: *inter omnes* ɔ: *quo velamine utaris inter omnes, qui tecum sunt.* 3)
3) Alii: *et inter omnes omnino, sc. quo appareat te esse maritatum.* 4) Alii: *sis verax!* Alii: *ut monita sis sc. ne in posterum mentiaris.*

octo dies (ο: quum octo dies natus esset), prout præcep-
perat ei Deus.

5. Et Abrahamus natus (erat) centum annos, cum nasceretur
ei Isaaeus, filius ipsius.
6. Et dixit Sara: *risum fecit mihi* (lætandi causam mihi præ-
buit) *Deus; quicunque* (hoc) *audiverit, ridebit mihi* (ο:
mecum lætabitur).
7. Et dixit: *quis* (unquam) *dixisset Abrahamo: lactabit libe-*
ros Sara? Nam peperi filium in senectute ejus.
8. Et crevit puer et ablactatus est, et fecit (v. paravit) Abra-
hamus convivium magnum eo die, quo ablactatus est
Isaacus.
9. Et vidit Sara filium Hagaris Aegyptiæ, quem pepererat
(haec) Abrahamo, Iudibrio ¹⁾ habentem (Isaacum).
10. Ac dixit Abrahamo: *expelle ancillam hanc et filium ejus*
(e domo nostra)! *Nam non hæres erit filius ancillæ*
hujus cum filio meo, cum Isaaco.
11. Sed malum erat hoc verbum admodum in oculis Abrahami
(ο: vehementer ei displicuit) propter filium suum (Jsmac-
lem, pr. propter causas filii sui).
12. Tum dixit Deus Abrahamo: *ne malum sit* (hoc) *in oculis*
tuis propter puerum et propter ancillam tuam! Quid-
quid dixerit (pr. omne, quod dixerit) *tibi Sara, audias*
vocem ejus (ο: ei obtempera)! *Nam in Isaaco vocabitur*
tibi semen (ο: ex Isaaco posteri promissi tibi erunt).
13. Sed etiam filium ancillæ in gentem faciam eum (ο: efficiam, ut
magnæ nationis evadat autor), *quia semen tuum* (est) *ille.*
14. Et mane surrexit Abrahamus dilueculo et sumsit panem et
lagenam aquæ (ο: aqua plena) et dedit Hagar (ei)
posuit super humero ejus (ο: humerisque ejus imposuit),
et puerum (se. tradidit ei) et dimisit eam. Et abiit illa et
erravit in deserto Beercheseba.
15. Et consumta est aqua ex lagenâ, et projecit (Hagar) puerum
sub unum virgultorum (ο: sub arbore quadam pro-
stratum reliquit).
16. Et abiit et consedit e regione procul (pr. elongando se),
quasi tendentes arcum (ο: sagittarii i. e. quantum sagittarii

Vers. varr. ¹⁾ Vulg: Iudentem cum Isaaco.

a se projicere possunt sagittam), nam dixit: *non videbo mortem pueri*. Et consedit e regione et sustulit vocem suam et ploravit.

17. Et audivit Deus vocem pueri, et clamavit angelus Dei ad Hagarem de coelo et dixit ei: *quid tibi (accidit), Hagar? Ne timeas! Nam audivit Deus vocem pueri* (ex eo loco), *ubi est.*
18. *Surge, tolle puerum et adprehende manu tua eum* (pr. confirma manum tuam in eo)! *Nam in gentem magnam faciam eum.*
19. Et aperuit Deus oculos ejus, et vidi illa puteum aquæ et abiit et implevit lagenam aqua et bibendum dedit puer.
20. Et fuit Deus cum puer, et adolevit (puer) et habitavit in deserto et factus est insignis¹⁾ sagittarius (pr. crescens sagittarius ɔ: in deserto magis magisque excoluit artem sagittariam).
21. Et habitavit in deserto Paran, et sumsit (ɔ: elegit) ei mater ejus uxorem e terra Ægypti.
22. Et factum est tempore illo, ut dicerent Abimelechus et Pichol, dux exercitus ejus, Abrabamo, dicendo: *Deus tecum (est) in omnibus, quæ tu facis.*
23. *Et nunc jura mihi per Deum h̄ic, te non mentiturum esse mihi et soboli meæ et progeniei meæ* (ɔ: te non fraudulenter acturum in me aut filium aut nepotem meum)! *Pro benevolentia, qua egi tecum, ages mecum et cum terra, in qua peregrinatus es.*
24. Et dixit Abrahamus: *ego jurabo.*
25. Et reprehendit Abrahamus Abimelechum propter puteum (pr. de negotiis putei) aquæ, quem rapuerant (ɔ: vi occupaverant) servi Abimelechi.
26. Et dixit Abimelechus: *nescio, quis fecerit rem hanc, et etiam tu non indicasti mihi, et etiam ego non audivi nisi hodie* (ɔ: ante hunc diem).
27. Et sumsit Abrahamus oves et boves et dedit Abimelecho, et pepigerunt ambo foedus.
28. Et collocavit Abrahamus septem agnas gregis separatim.

Verss. varr. ¹⁾ Alii: evasit, quum adolevisset, sagittarius. Alii: juvenis sagittarius. Alii: erat jaculator arcitenens s. jaculans sagittas arcu.

- ¶29. Et dixit Abimelechus Abraham: *quid hæ¹) septem agnæ istæ, quas collocasti separatim* (ɔ: quem in finem hasce agnas separatim posuisti)?
- ¶30. Et dixit: *quia septem agnas accipies e manu mea, ut sit mihi* (hoc donum) *testimonio, quod foderim puteum hunc.*
- ¶31. Ideo vocatus est locus ille (pr. vocavit sc. vocans locum illum) *Beerscheba* (ɔ: puteus jurisjurandi), quia ibi jura-
verunt ambo.
- ¶32. Et (sic) pepigerunt foedus in Beerscheba, et surrexit Abi-
melechus et Pichol, dux exercitus ejus, et redierunt in
terram Philistæorum.
- ¶33. Et plantavit (Abrahamus) tamariscum²⁾ (ɔ: nemus tamari-
scorum) in Beerscheba et invocavit ibi nomen Jehovæ,
Dei aeterni.
- ¶34. Et peregrinatus est Abrahamus in terra Philistæorum dies
multos (ɔ: diu).

Caput XXII.

1. Atque factum est post res hasce, ut Deus tentaret Abrahamum (ɔ: fidem Abrahami exploraret) et diceret ei: *Abra-
hame!* Et dixit (hic): *ecce me* (ɔ: hic adsum, paratus ad
mandata tua accipienda)!
2. Et dixit (Deus): *sume, quæso, filium tuum, unicum tuum,
quem amas, Isaacum, et abi tibi* (ɔ: proficisci) *in
terram Moriae, et offerto illum ibi in holocaustum in
uno montium, quem dicam tibi!*
3. Et mane surrexit Abrahamus diluculo et ligavit (ɔ: elitellis
alligandis stravit) asinum suum et sumsit duos pueros
(ɔ: servos) suos secum et Isaacum, filium suum, et sidit
ligna holocausti (ɔ: sacrificalia), et surrexit et abiit ad
locum, quem dixerat ei Deus.
4. Die tertio sustulit Abrahamus oculos suos et vidi locum
illum procul.

Vers. varr. 1) Alii: *hic.* 2) Alii: *arborem.* Alii: *nemus.*

5. Et dixit Abrahamus pueris suis: remanete (pr. sedete) vobis hic cum asino! At ego et puer (ɔ: filius mens) abibimus illuc, et incurvabimus nos (ɔ: adorabimus Deum s. sacra faciemus) et redibimus ad vos.
6. Et sumsit Abrahamus ligna holocausti et imposuit (pr. posuit super) Isaaco, filio suo, et sumsit manu sua ignem et cultrum; et abierunt ambo simul.
7. Et dixit Isaacus Abrahamo, patri suo, et dixit: pater mi! Et dixit (hic): ecce me, fili mi! Et dixit (Isaacus): ecce ignem et ligna! Sed ubi agnus (pr. pecus ovillum) in holocaustum (ɔ: agnus sacrificialis)?
8. Et dixit Abrahamus: Deus providebit sibi (ɔ: curabit) agnum in holocaustum, fili mi! Et abierunt ambo simul.
9. Et venerunt in locum, quem dixerat ei Deus, et exstruxit ibi Abrahamus altare et dispositus ligna et constrinxit Isaacum, filium suum, et posuit eum super altari super glinis (ɔ: lignis in altari imposuit).
10. Et extendit Abrahamus manum suam et sumsit cultrum ad mactandum filium suum.
11. Tum clamavit ad eum angelus Jehovah de coelo et dixit: Abrahame! Abrahame! Et dixit (hic): ecce me!
12. Et dixit (angelus): ne extendas manum tuam in puerum, nec facias ei quidquam! Nam nunc seio, timere te Deum, et non cohibuisti filium tuum, unicum tuum, a me (ɔ: quum filium tuum unicum mihi non denegaveris).
13. Et sustulit Abrahamus oculos suos et vidit, et ecce arietem retro¹⁾ (ɔ: in recessu ejus, quæ oculis patebat, regionis) detentum in vepreto (pr. perplexitate sc. vepreti) cornibus suis (ɔ: cornibus vepreto implicitis). Et abiit Abrahamus et sumsit arietem et obtulit eum in holocaustum loco filii sui.
14. Et vocavit Abrahamus nomen loci illius: Jehovah-Jireh (ɔ: Jehovah providebit). Inde est, quod dicitur hodie (pr. illud quod dicitur hodie ɔ: quod etiamnum in proverbio dicitur): in monte Jehovah providebitur (ɔ: in monte

Verss. varr. ¹⁾ Alii: a tergo. Alii: ecce arietem unum. Alii: arietem alium. Alii: postea.

Moriae Deus hominibus providet et auxilium fert, ut olim Abrahamo).

15. Et clamavit angelus Jehovæ ad Abrahamum secunda vice de coelo.
16. Et dixit: per me juravi! ait Jehova. Propterea quod fecisti rem hanc, et non cohibuisti (ο: mihi denegasti) filium tuum, unicum tuum:
17. Ideo magnopere (pr. benedicendo) benedicam tibi, et vehementer (pr. augendo) augebo semen tuum (ο: numerum posteriorum tuorum), ut stellas coeli et ut arenam, quae (est) in littore maris, et possidebit semen tuum portas hostium suorum.
18. Et bene¹⁾ precabuntur sibi in semine tuo omnes gentes terræ, propterea quod audivisti vocem meam (ο: obediens mihi fuisti).
19. Et reversus est Abrahamus ad pueros (ο: servos) suos, et surrexerunt et abierunt simul in Beerschebam, et habitavit Abrahamus in Beerscheba.
20. Et factum est post res hasce, ut nuntiaretur Abrahamo dicendo: ecce! peperit Milca etiam illa filios Nachori, fratri tuo,
21. (Nempe) Uzum, primogenitum ipsius, et Busum, fratrem ejus, et Kemuelum, patrem Arami,
22. Et Chesedum et Chasoum et Pildaschum et Iidaphum et Bethuelum,
23. Et Bethuel genuit Rebeccam. Octo illos (filios) peperit Milea Nachori, fratri Abrahami.
24. Et concubinam ejus (quod attinet), nomen ejus (erat) Reuma, et peperit etiam illa Tebachum et Gachamum et Tachaschum et Maacham.

Caput XXIII.

1. Sed fuit vita Saræ centum anni et viginti anni et septem anni, anni vite Saræ.

Verss. varr. 1) Cfr. cap. 12, 3.

2. Et mortua est Sara in Kirjath-Arba — hæc Chebron (hodie vocatur) — in terra Canaanis. Et venit Abrahamus ad lugendum Saram et ad deplorandum eam.
3. Et surrexit Abrahamus a facie mortui sui (o: a mortua sua uxore), et locutus est cum filiis Chethi (o: Chethitis), dicendo:
4. **Peregrinus et inquillinus** (v. advena) *sum vobiscum* (o: apud vos versor). *Date mihi possessionem sepulcri apud vos, et sepeliam mortuum meum a facie mea* (o: ut cadaver uxorii e conspectu meo tollam)!
5. Et responderunt filii Chethi Abrahamo, dicendo ei:
6. *Audi nos, domine mi! Princeps Dei* (o: princeps excellestissimus) *tu (es) in medio nostrum: in delectu (o: in lectissimo, optimo) sepulcrorum nostrorum sepeli mortuum tuum! Quisque (pr. vir) e nobis sepulcrum suum non* (o: nemo nostrum sepulerum suum) *prohibebit a te, quo minus sepelias mortuum tuum.*
7. Et surrexit Abrahamus et incurvavit se populo illius terræ, filiis Chethi (o: corpore inclinato gratias populo egit).
8. Et locutus est cum illis, dicendo: *si est cum anima vestra, ut sepeliam* (o: si vobis est animus sinere me sepelire) *mortuum meum a facie mea, audite me et intercedite pro me apud Ephronem, filium Zocharis!*
9. *Ut det* (v. concedat) *mihi speluncam Machpelæ, quæ ei (est), quæ (est) in extremo agri ejus; argento pleno* (o: justo pretio) *dabit eam mihi in medio vestrum in possessionem sepulcri.*
10. Atque Ephron sedebat in medio filiorum Chethi, et respondit Ephron Chethita Abrahamo, audientibus filiis (pr. in auribus filiorum) Chethi, coram omnibus ingredientibus portam urbis ipsius (o: civibus urbis), dicendo:
11. *Minime, (o: non acquires eam pretio), domine mi! Audi me! Agrum dabo* (o: dono concedam) *tibi, et speluncam, quæ in eo (est), tibi dabo eam, coram oculis filiorum populi mei dabo eam tibi. Sepeli (igitur) mortuum tuum!*
12. Et incurvavit se Abrahamus coram populo terræ illius.
13. Et locutus est cum Ephrone, audiente populo (pr. in auribus populi) terræ illius, dicendo: *profecto, si tu (sc. velis) utinam audias me! Dabo argentum agri* (o: pecuniam,

quam valet ager). *Accipe a me! Et sepeliam mortuum meum ibi.*

- ¶ 14. Et respondit Ephron Abrahamo, dicendo ei:
- ¶ 15. *Domine mi, audi me! Terra¹⁾ (ο: ager iste) quadringentorum siclorum argenti* (est ο: pretium hujus fundi est quadringenti sicli argentei). *Inter me et inter te quid hoc* (ο: vilissimum pretium est, quod non opus est, ut mihi solvas)? *Et mortuum tuum sepelias!*
- ¶ 16. Et attendit Abrahamus ad Ephronem (ο: acquievit in pretio agri, ab Ephrone constituto), et appendit Abrahamus Ephroni argentum, quod dixerat, audientibus filiis Chethi, quadringentos siclos argenti, transeuntes apud mercatores (ο: pecuniam probatam, quae in mutuo commercio dari et recipi solet).
- ¶ 17. Ita (pleno jure) cessit (pr. stetit) ager Ephronis, qui (est) in Machpela, quae (est) ab oriente (pr. in conspectu) Mamræ, ager et spelunca, quae (est) in eo, et omnes arbores, quae in omnibus finibus ejus circumciepta (sunt),
- ¶ 18. Abrahamo in possessionem coram oculis filiorum Chethi, inter omnes ingredientes portam urbis illius (ο: Ephronis).
- ¶ 19. Et postea sepelivit Abrahamus Saram, uxorem suam, in spelunca agri Machpelæ ab oriente Mamræ — hæc Chebron (hodie vocatur) — in terra Canaanis.
- ¶ 20. Et cessit ager et spelunca, quae (est) in eo, Abrahamo in possessionem sepulcri a filiis Chethi.

Caput XXIV.

1. Atque Abrahamus consenuit, provectus ætate, et Jehova benedixit Abrahamo in omnibus.
2. Et dixit Abrahamo servo suo, seniori domus suæ, qui dominabatur in omnia, quae ei (erant ο: qui rebus ejus omnibus præfactus erat): *pone, quæso, manum tuam sub femore meo!*

Verss. varr. 1) Alii: *terra quadringentorum siclorum argenteorum inter me et te quid est?* ο: *quid nobis est fundus tam vialis pretii?*

3. *Et jurejurando obstringam te per Jehovam, Deum coeli et Deum terræ, ne (pr. quod non) accipias (ɔ: despondeas) uxorem filio meo ex filiabus Cananitarum, in quorum medio ego habito.*
4. *Sed in terram meam et ad cognitionem meam (ɔ: terram cognitionis meæ s. ortus mei ɔ: patriam meam) proficiscaris, et sumas uxorem filio meo, Isaaco.*
5. *Et dixit ei servus iste: fortasse nolit mulier sequi me (pr. ire post me) in terram hanc. Num reducendo reducam (ɔ: reducere debo) filium tuum in terram, e qua egredies es?*
6. *Et dixit ei Abrahamus: cave tibi, ne reducas filium meum illuc!*
7. *Jehova, Deus coeli, qui eduxit me e domo patris mei et e terra cognitionis meæ, qui locutus est tecum et qui juravit mihi, dicendo: semini tuo dabo terram hanc, is mittet angelum suum ante te, ut sumas uxorem filio meo illine.*
8. *Et si noluerit mulier sequi te, tunc immunis (pr. innocens) eris a jurejurando meo hoc. Modo filium meum non reduces illue.*
9. *Et posuit servus manum suam sub femore Abrahami, domini sui, et juravit ei super verbo hoc (ɔ: in hac re).*
10. *Et sumsit servus decem camelos de camelis domini sui et profectus est, et ¹⁾ omnia bona domini ipsius in manibus ejus (erant ɔ: res omnis generis pretiosissimas, a domino acceptas, secum duxit), et surrexit et profectus est in Mesopotamiam (pr. Aram fluviorum), in urbem Nachoris.*
11. *Et genua flectere (v. recumbere) jussit camelos extra urbem ad puteum aquæ, tempore vesperæ, tempore, quo exierunt (sc. puellæ) aquam haurientes (pr. tempore exeundi hastrices s. aquatrices mulieres).*
12. *Et dixit: Jehova! Deus domini mei Abraham! Fac, ut occurrat, quæso, mihi hodie (sc. puella filio heri mei destinata), et exhibe gratiam erga dominum meum Abrahamum!*

Vers. varr. 1) Alii: nam omnia bona domini manibus ejus (ɔ: curæ psius) tradita erant.

- ¶13. *Ecce! Ego constitutus sum (o: sto) ad fontem aquæ, et filiae virorum hujus urbis egredientur (o: hue accendent) ad hauriendum aquam.*
- ¶14. *Et (ita) siat¹): puella, cui dixero: inclina, quæso, cadum tuum (v. hydriam tuam), et bibam, et dixerit (v. responderit): bibe, et etiam camelis tuis bibendum dabo, eam (o: ea sit, quam) destinasti (pr. arguisti) servo tuo Isaaco! Et per eam²) cognoscam, te exhibuisse gratiam erga dominum meum.*
- ¶15. *Et factum est, antequam ille absolverat loqui (o: precandi finem fecerat), ut, ecce! Rebeeca exiret, quæ nata erat Bethueli, filio Milcæ, uxor Nachoris, fratris Abrahami, et hydria ejus (erat) in humero ejus.*
- ¶16. *Et puella pulera adspectu (erat) admodum, virgo, et vir non (o: vir nullus) cognoverat eam. Et descendit illa ad fontem, et implevit hydriam suam et adscendit.*
- ¶17. *Et eucurrit servus obviam ei et dixit: bibendum mihi da, quæso, paullum aquæ ex hydria tua!*
- ¶18. *Et dixit (puella): bibe, domine mi! Et properavit et demisit (o: festinanter demisit) hydriam suam in manum suam, et bibendum ei dedit.*
- ¶19. *Et absolvit bibendum ei præbere et dixit: etiam camelis tuis hauriam, donec desierint bibere.*
- ¶20. *Et festinavit et effudit hydriam suam in canalem potatorium (v. aquarium) et eucurrit iterum ad fontem ad hauriendum, et hausit omnibus camelis ejus.*
- ¶21. *Et vir (o: servus) admirabundus contemplatus est eam, tacitus, ut sciret, num prosperasset Jehova viam (v. iter) ejus, nec ne.*
- ¶22. *Et factum est, cum desiissent camelii bibere, ut sumeret vir anuulum nasi³) aureum, dimidii sicli pondo, et duas armillas ad manus ejus, decem aureorum siclorum pondo.*
- ¶23. *Et dixit: cuius filia es? Indica, quæso, mihi! Num est (in) domo patris tui locus nobis ad pernoctandum?*
- ¶24. *Et dixit ei (puella): filia Bethuelis sum, filii Milcæ, quem peperit Nachori.*

Verss. varr. 1) Alii: sit puella etc. 2) Alii: per illud, ex co. 3) Alii: munaures.

25. Et (porro) dixit ei: *tam stramen quam pabulum multum*
(est) apud nos; etiam locus ad pernoctandum.
26. Et inclinavit se vir et prostravit se coram *Jehova*.
27. Et dixit: *benedictus sit* (o: celebretur) *Jehova, Deus domini*
mei, Abrahami, qui non detraxit (pr. reliquit) *benigni-*
tatem suam et beneficentiam (pr. veritatem) *suam a do-*
mino meo! Me (quod attinet), *in via me duxit* *Jehova*
ad domum fratrum (o: consanguineorum) *domini mei.*
28. Et cucurrit puella et nuntiavit domui matris suæ secundum
 res illas (o: omnia, quæ ipsi evenerant et dicta erant).
29. Et Rebeccæ frater erat, et nomen ejus Laban, et cucurrit
 Laban ad illum virum foras ad fontem.
30. Et factum est, cum vidisset nisi annulum et armillas super
 manibus sororis suæ (o: manibus sororis impositas), et
 cum audisset ille verba Rebeccæ, sororis suæ, dicendo:
sic locutus est mecum hic vir, tum venit ad virum, et
ecce stabat apud camelos ad fontem.
31. Et dixit (Laban): *intra, benedicte Jehovæ* (o: tu, quem
Jehova favore suo prosequitur)! Cur stabis foris? Et
ego purgavi (o: præparavi) *domum et locum*¹⁾ *camelis.*
32. Et intravit vir in domum. Et (Laban) solvit camelos (de-
 tractis elitellis, habenis etc.), et dedit stramen et pabu-
 lum camelis et aquam ad lavandum pedes ejus et pedes a-
 virorum, qui cum eo (erant).
33. Et posuit (sc. ponens o: adpositum est) coram eo ad come-
 dendum (o: tum cibi adpositi ei sunt), at dixit: *non com-*
edam, donec (v. nisi prius) *locutus fuerim verba mea*
 (o: quæ mihi mandata sunt). Et dixit (Laban): *loquere!*
34. Et dixit: *servus Abrahami ego* (sum).
35. Et *Jehova benedixit domino meo admodum, et adolevit*
 (o: ut opulentissimus factus sit), et dedit (Jehova) ei oves
 et boves et argentum et aurum et servos et ancillas
 et camelos et asinos.
36. Et peperit *Sara, uxor domini mei, filium domino meo*
 post senectutem ejus (o: quum ætate jam provecta esset),
 et dedit (Abrahamus) ei *omnia, quæ ipsi* (sunt).
37. Et jurejurando obstrinxit me dominus meus, dicendo: non

Vers. varr. 1) Alii: *et locus est camelis.*

sumes uxorem filio meo ex filiabus Cananitarum, in quorum terra ego habito.

888. *Sed ad domum patris mei ibis et ad familiam meam, et sumes uxorem filio meo.*
889. *Et dixi domino meo: forte non sequetur (o: nolit sequi) mulier me (pr. non ibit post me).*
890. *Et dixit mihi: Jehova, in cuius conspectu ambulavi (o: cui dicata fuit vita mea), mittet angelum suum tecum, et prosperabit viam tuam, et sumes (o: ut sumas) uxorem filio meo ex familia mea et ex domo patris mei.*
891. *Tunc immunis eris a jurejurando meo, cum veneris ad familiam meam, et si (cognati mei) non dederint tibi (puellam, quam elegeris), eris immunis a jurejurando meo.*
892. *Et veni hodie ad fontem et dixi: Jehova, Deus domini mei, Abraham! Utinam¹⁾ placeret tibi, queso, prosperare (pr. si es prosperans) viam meam, in qua ego incedo!*
893. *Ecce! ego consisto ad fontem aquae. Jam (ita) fiat: puella illa, quae exierit ad hauriendum, et dixerit ei: bibendum da mihi, queso, paullum aquae ex hydria tua!*
894. *Et dixerit mihi: et tu bibe, et etiam camelis tuis hauriam, haec mulier (sit), quam destinavit Jehova filio domini mei!*
895. *Ego priusquam absolveram loqui ad cor meum (o: mecum, apud me), ecce! Rebecca egressa est, et hydria ejus in humero ejus (erat), et descendit ad fontem, et hausit. Et dixi ei: bibendum da mihi, queso!*
896. *Et properavit et demisit hydriam suam a se et dixit: bibe! et etiam camelis tuis bibendum dabo. Et bibi, et etiam camelis bibendum dedit.*
897. *Et interrogavi eam et dixi: cuius filia es? Et dixit: filia Bethuelis, filii Nachoris, quem peperit ei Milca. Et posui annulum super naso ejus (o: annulum naso affixi) et armillas super manibus ejus.*
898. *Et inclinavi me et prostravi me coram Jehovâ, et benedixi Jehovæ (o: eum celebravi, gratias agens), Deo domini mei, Abrahami, qui duxit me in via veritatis (o: in via*

Vers. varr. 1) Alii: conjungunt cum v. seq. si prosperare velis viam meam, in qua incedo, ecce consisto etc.

- recta, qua obtinui, quod mihi propositum erat), ad su-
mendum filiam fratris domini mei filio ejus.
49. *Et nunc si velitis exhibere* (pr. si estis facientes) *benevo-*
lentiam et benignitatem domino meo, indicate mihi, et si
non (ɔ: sin minus), indicate mihi, et (ɔ: ut) convertanu-
me ad dextram aut ad sinistram (ɔ: ut alio me con-
vertam)!
50. *Et respondit Laban et Bethuel, et dixerunt: a Jehovah*
egressa est hæc res; non possumus loqui tibi malum aut
bonum (ɔ: non possumus ullo modo tibi negare quodlibet
peliūsti).
51. *Ecce Rebeccam coram te (ɔ: Rebeccam tibi tradimus)!!*
Sume (ɔ: recipe eam) et abi! Et fiet uxor filio dominii
tui, quemadmodum locutus est Jehovah.
52. *Et factum est, cum audisset servus Abrahami verba eorum,*
ut prosterneret se humili Jehovah.
53. *Et protulit servus vasa argentea et vasa aurea et vestes, et*
dedit Rebeccæ, et res pretiosas dedit fratri ejus et matri
ejus.
54. *Et comedenterunt et biberunt ipse et viri, qui cum ipso (erant),*
et pernoctarunt. Et surrexerunt mane, et dixit (servus):
dimitte me ad dominum meum!
55. *At dixit frater ejus et mater ejus (ɔ: puellæ): maneat puella*
apud nos dies¹⁾ (aliquot) aut (saltem) decem! Postea
proficisceris!
56. *Et dixit illis: nolite retardare me! Nam Jehovah prospe-*
ravit viam meam. Dimitte me, ut abeam ad dominum
meum!
57. *Et dixerunt: vocabimus puellam et rogabimus os ejus*
(ɔ: audiamus, quid dictura sit).
58. *Et vocarunt Rebeccam et dixerunt ei: num proficisceris*
cum viro hoc? Et dixit: proficiscar.
59. *Tum dimiserunt Rebeccam, sororem suam, et nutricem ejus*
et servum Abrahami et viros ejus.
60. *Et benedixerunt Rebeccæ (ɔ: fausta ei imprecati sunt) et*
dixerunt ei: o soror nostra tu! Esto in millia myria-

Vers. varr. 1) Dathe: annum aut decem menses. Vulgatus: dies saltem decem.

dum (o: proles tua in mille myriades erescat), et possideat semen tuum portas hostium suorum!

- .161. Et surrexit Rebecca atque ancillæ ejus, et equitarunt super camelis et secundæ sunt virum, et sumsit servus Rebeccam et profectus est.
- .162. At Isaacus redibat²⁾ (pr. *venit a veniendo*) a puteo Lachairoi, nam habitavit in terra meridiei (o: *regione meridionali*).
- .163. Et egressus erat Isaacus ad colloquendum³⁾ (cum amicis) in agro, adpropinquante vespera (o: *sub vesperam*), et sustulit oculos suos et vidit et ecce camelos venientes!
- .164. Et sustulit Rebecca oculos suos et vidit Isaacum et desiluit (pr. *delapsa est*) de camelio.
- .165. Et dixit servo: *quis vir ille, qui procedit in agro obviam nobis?* Et dixit servus: *hic (est) dominus meus.* Et sumsit (Rebecca) velamen et sese obvelavit.
- .166. Et narravit servus Isaaco omnes illas res, quas gessisset.
- .167. Atque introduxit eam Isaacus in tabernaculum Saræ, matris sue, et sumsit Rebeccam, et facta est ei in uxorem (o: *uxor ejus facta est*), et amavit eam, et se consolatus est Isaacus post matrem suam (o: *de morte matris*).

Caput XXV.

- .1 1. Atque iterum duxit Abrahamus (pr. addidit Abrahamus et duxit) uxorem (o: *concubinam sibi elegit*, cfr. v. 6 et 1 Chron. 1, 32), et nomen ejus (fuit) Ketura.
- .2 2. Et illa peperit ei Simranem et Jokschanem et Medanem et Midianem et Iischbakum et Schuachum.
- .3 3. Et Jokschan genuit Schebaum et Dedanem, et filii Dedanis fuerunt Aschurim et Letuschim et Leumim.

Verss. varr. ¹⁾ Hieronymus: *deambulabat per viam, qua ducit ad puteum.*

²⁾ Alii: *ad meditandum.* Alii: *ad preces fundendas.* Alii: *ad deambulandum.*

4. Et filii Midianis (fuerunt): Ephra et Epher et Chanoch et Abida et Eldaa. Omnes hi (sunt) filii (o: posteri) Keturæ.
5. Sed dedit Abrahamus omnia, quæ ipsi (erant), Isaaco (o: eum) hæredem omnium bonorum suorum constituit.
6. Et filiis concubinarum, qui (erant) Abrahamo, dedit Abrahamus munera, et dimisit eos ab Isaaco, filio suo, dum adhuc ipse vivebat, orientem versus in terram orientis (o: Arabiam).
7. Atque hi (sunt) dies annorum vitæ Abrahami, quos vixit: centum anni et septuaginta anni et quinque anni.
8. Et exspiravit et mortuus est Abrahamus in senectute bona (o: beata), senex et satur (vitæ), et congregatus est ad populares (pr. populos) suos.
9. Et sepeliverunt eum Isaacus et Ismael, filii ipsius, in speluncâ Machpelæ in agro Ephronis, filii Zocharis Chethitæ, qui i (ager) ab oriente Mamræ (est),
10. (In) agro illo, quem emerat Abrahamus a filiis Chethi. Ibi sepultus est Abrahamus et Sara uxor ejus.
11. Et factum est post mortem Abrahami, ut benedicaret Deus Isaaco, filio ejus, et habitavit Isaacus ad puteum Lachairoi.
12. Atque hæ (sunt) generationes (v. hæc est genealogia) Ismaelis, et filii Abrahami, quem peperit Hagar Ægyptia, ancilla Saræ, Abrahamo.
13. Et hæc (sunt) nomina filiorum Ismaelis secundum nominâ eorum per generationes eorum:
Primogenitus Ismaelis Nebajoth et Kedar et Adbeel et Mibsam.
14. Et Mischma et Duma et Massa,
15. Chadar et Thema, Jetur, Naphiseh et Kedma.
16. Hi (sunt) filii Ismaelis, et hæc nomina eorum in pagis ipsorum et in casis ipsorum (o: juxta pagos et casas ipsorum), et duodecim principes secundum gentes (o: tribus) ipsorum.
17. Et hi (sunt) anni vitæ Ismaelis: centum anni et triginta anni et septem anni. Atque exspiravit et mortuus est, et congregatus est ad populares suos.
18. Et habitarunt (Ismaelitæ) a Chavila usque ad Schurem, quæ (est) e regione (pr. ad conspectum) Ægypti, qua itur in Assyriam (o: qua via ex Ægypto in Assyriam proficiuntur). Ad faciem omnium fratrum suorum (o: fratri-

- bus suis ab oriente, cfr. c. 16, 12, consedit¹⁾ (pr. eccecidit
o: demisit se, sc. Ismael).
- .09. Atque hæc (est) historia (pr. hæ generationes) *Isaaci*, filii
Abrahami:
- Abrahamus genuit Isaacum.
- .10. Et fuit Isaacus natus quadraginta annos, cum duceret ille
Rebeccam, filiam Bethuelis Syri ex Paddan-Aram (o:
Mesopotamia), sororem Labanis Syri, sibi in uxorem (o:
in matrimonium).
- .11. Et supplex oravit Isaacus Jehovam pro²⁾ uxore sua (o:
intercessit pro ea apud Jehovam precibus), nam sterilis
illa (fuit), et exaudivit eum (pr. exorari se passus est ab
eo) Jehova, et gravida facta est Rebecca, uxor ejus.
- .12. Et se contuderunt invicem (v. conflictarunt) filii (o: infantes)
in utero (pr. medio) ejus, et dixit: *si ita* (conflictantur³⁾
infantes in utero meo), *quare istud ego* (optavi, ut
gravida fierem)? Et abiit ad querendum a Jehova (o: ut
consuleret Jehovam, ut oraculum a Jehova peteret).
- .13. Et dixit Jehova ei:
- Duo populi* (o: conditores duorum populorum) *in utero*
tuo (sunt),
Et due nationes e visceribus tuis dividentur (o: prodibunt
separatae),
Et natio præ natione valens erit (o: altera altera potentior
erit),
Et major serviet minori!
- .14. Atque impleti sunt dies ejus ad pariendum (o: completum est
tempus partus), et ecce gemellos in utero ejus!
- .15. Et exiit prior rufus, totus ille ut pallium pilosum⁴⁾ (pr.
pili), et vocarunt nomen ejus *Esav* (o: pilosum).
- .16. Et postea exiit frater ejus, et manus ejus tenebat calcem
Esavi, et vocatum est (pr. vocavit sc. vocans) nomen ejus
Jacob (o: supplantator). Et Isaacus natus (erat) sexaginta
annos, cum pareret⁵⁾ (Rebecca) illos.

Vers. varr. ¹⁾ Alii: eccecidit sc. sors Ismaelis. ²⁾ Alii: coram uxore
sua v. e regione uxorius. *Schumann*: ad anteriora uxorius suæ o: tempore
matronae cubitus. ³⁾ Alii: si hæc est molestia graviditatis etc. ⁴⁾ Alii: totus
ex parte erat pilus o: pilosus, ut pallium. *Hieronymus*: totus, in morem
illellis, hispidus. ⁵⁾ Alii: quum gigneret eos sc. Isaacus.

27. Et adoleverunt hi pueri, et factus est Esavus vir peritus a
 (pr. sciens) venationis et vir agri (o: per agros vagari i
 amans, venandi causa), et Jacobus vir integer (o: mitis, e
 placidis moribus), incola tabernaculorum (o: vitam dome
 sticam et tranquillam amans).
28. Atque amavit Isaacus Esavum, quia venatio in ore ejus e
 (erat o: amabat carnem ferinam comedere ¹)), sed Rebecca
 amavit Jacobum.
29. Et coxit Jacobus ferulum (v. pulmentum, pr. coctum quid),
 et venit Esavus de agro, et ille langueiens (fuit o: viri
 bus defectus et fame laborans).
30. Et dixit Esavus Jacobo: *da mihi comedendum* (pr. devo
 randum), *queso, de rufo hoc, rufo hoc* (cibo), *nams*
defatigatus sum! Quamobrem vocatum est nomen ejus
Edom (o: Rufus).
31. Et dixit Jacobus: *vende hodie* ²) (o: nunc) *jus primogeniturae*
tuae mihi!
32. Et dixit Esavus: *eccc ego vado ad moriendum* (o: brevi
 moriturus sum)! *Quare tandem mihi jus primogeniturae*
 (o: quid mihi prosunt jura primogeniti)?
33. Et dixit Jacobus: *adjura mihi hodie!* Et adjuravit (v. jure
 jurando hoc promisit) ei et vendidit jus primogeniturae
 suae Jacobo.
34. Et Jacobus dedit Esavo panem et ferulum lentum, et
 comedit et bibit et surrexit et abiit et contempsit Esavus
 jus primogeniturae.

Caput XXVI.

1. Atque exstitit (v. orta est) fames in illa terra praeter famem
 priorem, quæ fuerat diebus Abrahami, et profectus est
 Isaacus ad Abimelechum, regem Philistæorum, Gerarem.
 2. Et apparuit ei Jehova et dixit: *ne descendas in Agyptum!!*

¹ Vers. varr. ² Alii: de venatione ejus comedit. ² Alii: statim, n
 e vestigio.

- Habita in hac terra, quod (o: uti jam antea) dixi (v. præcepi) tibi!*
3. **Peregrinare** (o: vive ut peregrinus) *in terra hac, et ero tecum et benedicam tibi! Nam tibi et semini tuo dabo omnes terras has, et confirmabo iusjurandum, quod juravi (o: præstaboo promissa, quæ jurejurando interposito dedi) Abrahamo, patri tuo.*
4. *Et augebo semen tuum, ut stellas coeli, et dabo semini tuo omnes terras hasce, et bene precautuntur sibi in semine tuo (o: per posteros tuos o: felicem Israelis sortem sibi adprecautuntur) omnes gentes terræ¹⁾.*
5. **Propterea quod audiens fuit Abrahamus voci meæ (o: dicto meo) et observavit mandata meæ (pr. custodivit custodiā meam), præcepta mea, statuta mea et leges meas.**
6. **Et habitavit (o: mansit igitur) Isaacus Gerare.**
7. *Et interrogarunt viri hujus loci (eum) de uxore ejus, et dixit: soror mea est. Nam timuit (v. non ausus est) dicere: uxor mea (est), ne (inquit) occidant me viri hujus loci propter Rebeccam. Nam pulera adspectu (fuit).*
8. *Et factum est, cum prolongarentur ipsi ibi dies (o: quum diu ibi vixisset), ut prospiceret Abimelechus, rex Philistæorum, per fenestram, et vidi et ecce Isaacum iudentem cum Rebeccam, uxore sua!*
9. *Et vocavit Abimelechus Isaacum et dixit: profecto, ecce uxor tua est! At quomodo dixisti: soror mea est? Et dixit ei Isaacus: ideo (hoc) dixi, ne moriar propter eam.*
10. *Et dixit Abimelechus: quare hoc fecisti nobis? Parum abfuit, quin concumberet (pr. secundum parum concubuit) aliquis de populo (pr. unus populi) cum uxore tua, et adduxisses super nos delictum (o: gravi nos culpa obstrinxisses).*
11. *Et præcepit Abimelechus omni populo, dicendo: quicunque tetigerit (o: injuria affecerit) virum hunc et uxorem ejus, profecto (pr. moriendo) morietur!*
12. *Et sementem fecit Isaacus in terra illa et invenit (o: percepit) anno illo (sc. quo sementem fecerat) centum mensuras (o: fructus centuplices), et benedixit ei Jehovah.*

Vers. varr. 1) Cfr. cap. 12, 3.

13. Atque magnus evasit hic vir et processit procedendo et adolecendo (ο: magis magisque indies opibus auctus est), usque dum creverat admodum (ο: ita ut opulentissimus fieret).
14. Et fuit ei possessio ovium et possessio boum et famulitium magnum (ο: multi servi), et inviderunt ei Philistæi.
15. Et omnes puteos, quos effoderant servi patris ejus diebus Abrahami, patris ejus, obstruxerunt eos Philistæi et repleverunt eos pulvere.
16. Et dixit Abimelechus Isaaco: *abi a nobis, quia potens evasiisti præ nobis admodum* (ο: longe potentior nobis factus es)!
17. Et abiit inde Isaacus et tentoria fixit (pr. castra metatus est) in valle Geraris et habitavit ibi.
18. Et rediit Isaacus et effodit (ο: rursus effodi jussit) puteos aquæ, quos effoderant diebus Abrahami, patris ipsius, at obstruxerant eos Philistæi post mortem Abrahami, et imposuit illis nomina juxta nomina, quæ imposuerat illis a pater ejus.
19. Et foderunt servi Isaaci in valle et invenerunt ibi puteum aquæ vivæ (ο: aquam perennem).
20. Et rixati sunt pastores Geraris cum pastoribus Isaaci, dicens: *nobis* (ο: nostra est) *haec aqua*. Et vocavit (Isaacus) nomen ejus (ο: putei) *Esek* (ο: alteratio), quia altercati sunt cum eo (Isaaco).
21. Et foderunt (servi Isaaci) puteum alium, et rixati sunt etiam de eo, et vocavit nomen ejus *Sitna* (ο: contentio).
22. Et castra movit (ο: migravit) illine et fodit puteum alium, et non rixati sunt de eo, et vocavit nomen ejus *Rechoboth* (ο: latitudines, spatia ampla) et dixit: *nam nunc dilatavit* (ο: amplum spatium dedit) *Jehova nobis, et fecundi sumus in hac terra*.
23. Et ascendit inde Beershebam.
24. Et apparuit ei Jehovah nocte illa et dixit: *ego (sum) Deus Abrahami, patris tui. Noli timere! Nam tecum ero, et benedicam tibi et augebo semen tuum propter Abramum, servum meum.*
25. Et extruxit ibi altare et invocavit nomen Jehovah, et expandit ibi tentorium suum, et foderunt ibi servi Iсаaci puteum.

- ¶ 26. Tum Abimelechus profectus est ad eum Gerare, et Achus-sath¹⁾, amicus ejus, et Pichol, dux exercitus ejus.
- ¶ 27. Et dixit illis Isaacus: quare venistis ad me? **Et vos odio me habetis et dimisistis** (o: expulstis) **me a vobis.**
- ¶ 28. Et dixerunt: videndo vidimus (o: certo perspeximus), esse **Jehovam tecum**, et diximus: sit queso **jusjurandum inter nos, inter nos et inter te, et pangamus foedus tecum!**
- ¶ 29. Ne facias (pr. si facias etc. sc. perdat te Deus!) **nobiscum malum** (o: promittas, te non facturum nobis mali quidquam), **sicut non tetigimus** (o: injuria affecimus) **te, et sicut fecimus tecum** (o: exhibuimus tibi) **modo bonum et dimisimus te in pace** (o: inviolatum). **Tu nunc (es) benedictus Jehovae** (o: tibi favet Jehova).
- ¶ 30. Et fecit (Isaacus) illis convivium, et comedenterunt et biberunt.
- ¶ 31. Et mane surrexerunt diluculo et jurarunt alter alteri (pr. vir fratri suo). **Et dimisit eos Isaacus, et abierunt ab eo in pace.**
- ¶ 32. Et factum est die illo, ut venirent servi Isaaci et nuntiarent ei de puteo, quem foderant, et dicerent ei: **invenimus aquam.**
- ¶ 33. Et vocavit (Isaacus) eum *Schibeam*, quamobrem nomen illius urbis (est) Beerscheba ad diem hunc.
- ¶ 34. Et fuit Esavus natus quadraginta annos, et duxit uxorem Judith, filiam Beri Chethitae, et Bosmath, filiam Elonis, Chethitae.
- ¶ 35. Et fuerunt (hae ejus uxores) moeror animi Isaaco et Rebeccae (o: magna aegritudine parentes Esavi affecerunt).

Caput XXVII.

1. Atque factum est, cum consenuisset Isaacus, et debiles (v. hebetes) facti essent oculi ejus a videndo (o: ita ut videre non posset), ut vocaret Esavum, filium suum ma-

Verss. varr. 1) Alii: et comitatus s. caterva ex amicis, sociis, ejus.

- jorem (natū), et diceret ei: *fili mi!* Et dixit (hic) ei: *ecce me!*
2. Et dixit (Isaacus): *ecce, quæso! consenui; non cognosco diem mortis meæ.*
 3. *Et nunc* (v. jam igitur) *sume quæso arma* (pr. vasa) *tua, pharetram*¹⁾ *tuam et arcum tuum, et exi in agrum et venare* (ɔ: capias) *mihi feram!*
 4. *Et fac* (ɔ: para) *mihi cupedias, quemadmodum delector, et afferas mihi, et comedam, ut benedicat tibi anima mea, antequam moriar.*
 5. *Et Rebecca audiverat, cum loqueretur Isaacus cum Esavo, filio suo. Atque abiit Esavus in agrum ad venandum feram* (et) *ad afferendum* (patrī).
 6. *Et Rebecca dixit Jacobo, filio suo, dicendo: ecce audivi patrem tuum loquentem cum Esavo, fratre tuo, dicendo:*
 7. *Affer mihi feram et fac mihi cupedias, et comedam et benedicam tibi coram Jehova* (ɔ: invocato Jehova) *ante mortem meam.*
 8. *Et nunc fili mi! audias vocem meam* (ɔ: mihi obedias), *quemodmodum ego præcipio tibi!*
 9. *Vade, quæso, ad gregem, et sume mihi inde duos hædos caprinos* (pr. caprarum) *bonos* (ɔ: pingues)! *Et faciam eos* (ɔ: parabo ex illis) *cupedias patri tuo, quemadmodum* (iis) *delectatur.*
 10. *Et adferes* (cupedias) *patri tuo, et comedet, ut benedicat tibi ante mortem suam.*
 11. *Et dixit Jacobus Rebeccæ, matri suæ: ecce! Esavus, frater meus, vir pilosus* (est), *sed ego vir lævis* (v glaber).
 12. *Fortasse palpabit me pater meus, et ero in oculis ejus tanquam illusor* (ɔ: impostorem me habebit), *et adducam super me maledictionem et non benedictionem.*
 13. *Et dixit ei mater ejus: super me (sit) maledictio tua* (ɔ: in me incidat imprecatio), *fili mi!* *Modo audias vocem meam, et abi et sume mihi* (hædos duos)!
 14. *Et abiit et sumsit et adulit matri suæ, et paravit mater ejus cupedias, quemadmodum* (illis) *delectabatur pater ejus.*
 15. *Et sumsit Rebecca vestes Esavi, filii sui majoris* (natū),

Verss. varr. 1) Alii: gladium.

pretiosas (pr. desideratas), quæ cum ipsa (erant) in domo (ɔ: quas domi secum habebat), et (illis) vestivit Jacobum, filium suum minorem (natu).

- ¶16. Et pelles hædorum caprinorum induit super manus ejus et super lævitatem colli ejus (ɔ: pellibus hædinis manus ejus et collum glabrum amicivit).
- ¶17. Et dedit eupedias et panem, quæ paraverat, in manum Jacobi, filii sui (ɔ: ei tradidit).
- ¶18. Et venit (Jacobus) ad patrem suum et dixit: *pater mi!* Et dixit (hic): *ecce me! quis tu (es), fili mi?*
- ¶19. Et dixit Jacobus patri suo: ego (sum) *Esavus, primogenitus tuus. Feci, quemadmodum locutus es ad me. Surge, quæso, sede et comedere de fera* (ɔ: carne ferina) *mea, ut benedicat mihi anima tua!*
- ¶20. Et dixit Isaacus filio suo: *quomodo festinasti invenire* (prædam ɔ: quomodo tam cito invenisti), *fili mi!* Et dixit (Jacobus): *quia obviam misit* (pr. fecit, ut occurreret) *Jehova, Deus tuus, mihi* (prædam).
- ¶21. Et dixit Isaacus Jacobo: *accede, quæso! Et palpabo te, fili mi! num tu (sis) filius meus Esavus, nec ne.*
- ¶22. Et accessit Jacobus ad Isaacum, patrem suum, et palpavit (hic) eum et dixit: *vox (est) vox Jacobi, at manus (sunt) manus Esavi.*
- ¶23. Et non agnovit eum, nam erant manus ejus ut manus Esavi, fratri ejus, pilosæ, et benedixit ei.
- ¶24. Et dixit: *tu hic (ɔ: tu igitur revera) filius meus Esavus?* Et dixit (Jacobus): *ego (sum).*
- ¶25. Et dixit (Isaacus): *affer mihi, et comedam de fera* (ɔ: præda) *filii mei, ut benedicat tibi anima mea.* Atque adulit (Jacobus) ei (eupedias), et comedit (Isaacus), et adulit ei vinum, et babit.
- ¶26. Et dixit ei Isaacus, pater ejus: *accede, quæso, et osculare me, fili mi!*
- ¶27. Et accessit (Jacobus) et osculatus est eum, et odoratus est (Isaacus) odorem vestium ejus et benedixit ei et dixit: *vide! odor filii mei (est) ut odor agri, cui benedixit Jehova (ɔ: ut odor agri fertilis).*
- ¶28. *Dabit tibi Deus de rore coeli* (ɔ: det tibi rores et pluvias)

- Et de pinguedinibus terræ (o: agros fertilissimos)
 Et copiam frumenti et musti!
 29. Serviant tibi gentes,
 Et inclinent se tibi nationes (o: submittant se tibi
 nationes)!*
- Sis dominus fratribus tuis,
 Et inclinent se tibi filii matris tuæ (o: te dominum
 venerentur)!*
- Maledicentes tibi maledicti (sint),
 Et benedicentes tibi benedicti!*
30. Et factum est, cum absolvisset Isaacus benedicere Jacobo,
 et factum est, cum vix exēndo exiisset (pr. tantūm quod
 exēndo exierat) Jacobus a facie Isaaci, patris sui, ut
 Esavus, frater ejus, veniret (o: rediret) a venatione sua.
31. Et paravit etiam ille cupedias et adtulit patri suo et dixit
 patri suo: *surgat pater meus et comedat de fera (o: præda)*
filiī sui, ut benedicat mihi anima tua!
32. Et dixit ei Isaacus, pater ejus: *quis tu (es)?* Et dixit: *ego*
(sum) filius tuus, primogenitus tuus, Esavus.
33. Et perterritus est Isaacus terrore magno vehementer (o:
 maximo percusus est terrore) et dixit: *quis tandem ille*
(fuit), qui venatus est feram et adtulit mihi? Et comedi
de omnibus, antequam veniebas, et benedixi illi. Etiam
benedictus erit (o: manebit)!
34. Cum audisset Esavus verba patris sui, tum clamavit clamore
 magno et acerbo admodum (o: maximum et acerbissimum
 edidit clamorem) et dixit patri suo: *benedic mihi, etiam*
mihi, pater mi!
35. Et dixit (Isaacus): *venit frater tuus cum fraude (o: frau-*
dulenter) et sumsis (o: tibi præripuit) benedictionem
tuam.
36. Et dixit (Esavus): *nonne¹ (Jure) vocatur (pr. an quod*
vocavit sc. vocans) nomen ejus Jacobus? Nam supplan-
tavit me jam duabus vicibus: primogenituram meam
abstulit, et ecce! nunc abstulit benedictionem meam.
Et dixit: annon reservasti mihi benedictionem (o: nul-
lumne bonum reliquum est, quod mihi adprecari possis)?

Verss. varr. ¹) Alii: *quid?* *quod.* Alii: *juste,* *recte.*

- ¶ 37. Et respondit Isaacus et dixit Esavo: *ecce! dominum posui (o: constitui) eum tibi, et omnes fratres (o: consanguineos) ejus dedi ei in servos (o: ei subjeci), et frumentum et mustum ei largitus sum (o: frumentum et mustum ei pollicitus sum).* *Et tibi jam quid faciam, fili mi?*
- ¶ 38. Et dixit Esavus patri suo: *num benedictio una haec tibi (est), pater mi? Benedic etiam mihi, pater mi!* Et sustulit Esavus vocem suam et ploravit.
- ¶ 39. Et respondit Isaacus, pater ejus, et dixit ei: *ecce!*
Sine¹⁾ pinguedinibus (o: fertilitate) terrae erit habitationis tua,
Et sine rore coeli desuper!
At gladio²⁾ tuo (pr. super gladio tuo) vives (o: victum tibi comparabis et vitam tuam defendes),
Et fratri tuo servies!
Sed fiet, ubi persecutus³⁾ fueris (dominum tuum),
Ut (facile) abrumpas (o: excutias) jugum ejus de collo tuo!
- ¶ 40. Et odium concepit⁴⁾ Esavus in Jacobum propter benedictionem, qua benedixerat ei pater ejus, et dixit Esavus in animo suo: *adpropinquabunt (o: mox aderunt) dies luctus patris mei (o: tempus mortis, cum lugendus erit), et (o: tum) occidam Jacobum fratrem meum!*
- ¶ 41. Et nuntiata sunt Rebeccae verba Esavi, filii ipsius majoris (natu), et misit et vocavit Jacobum, filium suum minorem (natu), et dixit ei: *ecce Esavum, fratrem tuum, ultionem⁵⁾ sumturum (o: Esavus, frater tuus, ultionem sumet abs te, occidendo te (pr. se consolabitur tua causa occidendo te o: ultione lethifera, quam abs te sumet, sibi consolationem illatae injuriæ adseret. Schumann).*
- ¶ 43. *Et nunc, fili mi! audi vocem meam (o: mihi obedias), et surge, fuge tibi ad Labanem, fratrem meum, Charanem!*

Vers. varr. 1) Alii: *pinguedines terrae* o: in fertili et feraci solo erit *habitatio tua, et de rore coeli desuper* sc. descendat tibi! 2) Schumann, in lectione mutata; *in deserto tuo vives*. 3) Alii: *cum tu dominaberis*. Alii quum volueris. Alii: *prout* *huc illuc vagari amas.* 4) Alii: *hostiliter* *persecutus est.* 5) Alii: *Esavus tibi mortem minatur.* Alii: *insidiabitur tibi.*

44. *Et maneas apud illum dies aliquot* (pr. unos ɔ: aliquod tempus), *donec sedatus fuerit* (pr. redierit) *ardor fratris tui*,
45. *Donec destiterit ira fratris tui a te, et oblitus fuerit* (ejus), *quod feceris ei; tum mittam et arcessam te inde. Quare orbabor etiam utroque vestrum uno die* (ɔ: eodem tempore, simul)?
46. *Et dixit Rebecca Isaaco: fastidio vitam* (v. tædet me vita) *propter filias Chethi. Si duceret Jacobus uxorem de filiabus Chethi similem illis e filiabus hujus terræ, quid mihi vita* (prodest)?

Caput XXVIII.

1. *Et vocavit Isaacus Jacobum, et benedixit ei et præcepit ei et dixit ei: non duces uxorem ex filiabus Canaanis.*
2. *Surge, abi tibi* (ɔ: proficiscere) *in Paddan-Aram* (ɔ: Mesopotamiam), *ad domum Bethuelis, patris matris tuæ, et duc tibi inde uxorem ex filiabus Labanis, fratris matris tuæ!*
3. *Et Deus omnipotens benedicat tibi, et fecundum te reddat et augeat te, et evades in coetum populorum* (ɔ: ut multi populi ex te oriatur)!
4. *Et det tibi benedictionem Abrahami* (ɔ: præstet tibi promissa Abrahamo data), *tibi et semini tuo tecum, ut possideas tu terram peregrinationum tuarum* (ɔ: in qua ut peregrinus habitas), *quam dedit Deus Abrahamo!*
5. *Et dimisit Isaacus Jacobum, et profectus est* (hic) *in Paddan-Aram ad Labanem, filium Bethuelis Syri, fratrem Rebbecca, matris Jacobi et Esavi.*
6. *Et vidit Esavus, benedixisse Isaacum Jacobo et misisse eum in Paddan-Aram, ut duceret sibi inde uxorem,* (nam) *in benedicendo ei* (ɔ: cum ei benediceret), *tum præceperat ei dicendo: non duces uxorem ex filiabus Canaanis!*
7. *Et obedivisse Jacobum patri suo, et matri sue et abiisse in Paddan-Aram.*

- 8 8. Et vidit Esavus, malas esse filias Canaanis in oculis Isaaci,
patris sui (o: Canaanæas patri suo non placere).
- 9 9. Et (o: quamobrem) profectus est Esavus ad Ismaelem, et
sumsit Machalatham, filiam Ismaelis, filii Abrahami, soro-
rem Nebajothi, præter uxores suas (o: duas alias) sibi in
uxorem (o: in matrimonium duxit).
- 10 10. Atque egressus est Jacobus e Beerscheba et profectus est
Charanem.
- 11 11. Et incidit in locum (aliquem) et pernoctavit ibi, cum occi-
disset sol, et sumsit de lapidibus hujus loci (sc. unum),
et posuit sub capite suo (pr. id, quod ad caput est o: pro
cervicali usus est), et cubuit in illo loco.
- 12 12. Et somniavit et ecce (vidit) scalam innixam terræ (v. collo-
catam in terra), et caput ejus pertingens (o: ejus summum
fastigium perfingeref) ad coelum usque, et ecce angelos
Dei adscendentes et descendentes in ea!
- 13 13. Et ecce Jehovah stantem super ea (o: Jehovah videbat stare
in summa scala), et dixit (Jehova): *ego (sum) Jehovah,*
Deus Abrahami, patris tui, et Deus Isaaci! Terram,
in qua tu cubas, tibi dabo et semini tuo.
- 14 14. *Et erit semen tuum ut pulvis terræ, et diffundes te occi-
denter et orientem et septentrionem et meridiem versus,*
et bene precabuntur sibi per te omnes generationes
terræ et per semen tuum!¹⁾
- 15 15. *Et eccl Ego (ero) tecum (o: tibi adero), et custodiam (o:
tuebor) te in omni (loco), quo cunque abieris, et redu-
cam te in terram hanc, nam non relinquam (o: dese-
ram) te, donec fecero, quod locutus sum tibi (o: donec
promissa præstitero).*
- 16 16. Et evigilavit Jacobus e somno suo et dixit: *sane! Est Je-
hova in loco hoc, et ego nesciebam.*
- 17 17. Et timuit et dixit: *quam venerabilis (v. augustus) est locus
hic! Non (est) hic (locus) nisi domus Dei, et hic porta*
coeli.
- 18 18. Et mane surrexit Jacobus diluculo, et sumsit lapidem illum,
quem posuerat sub capite suo, et collocavit eum (ut) cip-
pum, et fudit oleum super caput (o: cacumen) ejus.

Verss. varr. 1) Cfr. capp. 12, 3, 18, 18. 22, 18 et 26, 4.

19. Et vocavit nomen loci illius *Bethel* (ο: domus Dei); verum enim vero *Lus* (erat) nomen hujus urbis antea.
20. Et vovit (v. nuncupavit, fecit) Jacobus votum, dicendo: *si fuerit Deus mecum et custodiverit* (ο: conservaverit) *me in via hac, quam ego ingredior, et dederit mihi panem ad comedendum et vestem ad induendum,*
21. *Et (si) rediero in pace* (ο: salvus et incolumis) *ad domum patris mei: tum*¹⁾ *erit Jehova mihi Deus* (ο: *Jehovam ut Deum meum semper colam!*)
22. *Et lapis hic, quem collocavi (ut) cippum, erit domus Dei* (ο: sanctus erit hic locus), *et omnia, quae dederis mihi, certe* (pr. decimando) *decimabo ea tibi!* (ο: omnium, quae mihi dederis, tibi decimas solvam).

C a p u t XXIX.

1. Atque sustulit Jacobus pedes suos (ο: iter suum continuavit), et profectus est in terram filiorum Orientis (hl. Mesopotamiam).
2. Et vidit, et ecce puteum in agro et ecce ibi tres greges ovium cubantes ad eum! Nam ex puteo hoc adaquabant greges, et lapis magnus (erat) super ore putei (ο: ori impositus erat).
3. Et congregabantur (ο: congregari solebant) ibi omnes greges, et (ο: quo facto) devolvebant (pastores) lapidem ab ore putei et adaquabant pecora et reponebant lapidem super ore putei in loco suo.
4. Et dixit illis (sc. pastoribus) Jacobus: *fratres mei! Unde vos (estis)?* Et dixerunt: *Charane nos* (sumus).
5. Et dixit illis: *num cognoscitis Labanem, filium* (ο: nepotem) *Nachoris?* Et dixerunt: *cognoscimus.*
6. Et dixit illis: *num pax ei* (est ο: num valet)? Et dixerunt: *pax* (ei est ο: valet), *et ecce Rachelem, filiam ejus, venientem cum grege!*

Verss. varr. 1) Alii apodosin a v. 22 incipiunt; *et si fuerit Jehova mihi Deus: tunc lapis hic etc.*

7. Et dixit: ecce! adhuc dies multus (est, pr. dies magnus). Non tempus (est) congregandi pecora. Adaquate (igitur) greges et abite, pascete!
8. Et dixerunt: non possumus (adaquare greges), donec (o: nisi prius) congregati fuerint omnes greges. Tum devolvunt (pastores) lapidem ab ore putei, et adaquamus gregem.
9. Adhuc loquebatur cum illis, tum Rachel venit cum grege, qui patri suo (erat), nam pascebatur ipsa.
10. Et factum est, cum vidisset Jacobus Rachelem, filiam Labanis, fratri matris suæ, et gregem Labanis, fratri matris suæ, ut accederet Jacobus et devolveret lapidem ab ore putei et adaquaret gregem Labanis, fratri matris suæ.
11. Et osculatus est Jacobus Rachelem et sustulit vocem suam et ploravit (præ gaudio).
12. Et indicavit Jacobus Racheli, se fratrem (o: cognatum) patris ejus esse, et se filium Rebeccæ esse, et eucurrit (Rachel) et indicavit patri suo.
13. Et factum est, cum audivisset Laban nuntium (pr. auditum o: rumorem de adventu) Jacobi, filii sororis suæ, ut curreret obviam ei, et amplexus est eum et osculatus est eum et duxit eum in domum suam et narravit (Jacobus) Labani omnes res illas (o: quæ sibi evenissent).
14. Et dixit ei Laban: sane! os meum et caro mea es (o: cognatum meum te agnosco). Et mansit apud eum mensem dierum (o: per mensis spatium s. per mensem continuum).
15. Et dixit Laban Jacobo ¹⁾: quid? quod frater (o: consanguineus) meus es, et servies mili gratis (o: te, consanguineum meum, dedecet gratis mihi servire)? Indica mihi, quæ merces tua (futura sit)?
16. Et Labani (erant) due filiae; nomen majoris (natu) Lea, et nomen minoris (natu) Rachel (erat).
17. Et oculi Leæ (erant) hebetes (v. imbecilles, pr. teneri), sed Rachel pulera (erat) forma et pulera adspectu.
18. Et amavit Jacobus Rachelem, et dixit: serviam tibi septem annos pro Rachele, filia tua minore (natu).

Vers. varr. ¹⁾ Alii: Num, quia frater meus es, servies etc.

19. Et dixit Laban: *melius* (est), *ut dem eam tibi, quam ut dem eam viro alii* (o: alieno): *mane apud me!*
20. Et serviit Jacobus pro Rachele septem annos, et fuerunt in oculis ejus sicut dies pauci (pr. uni), propterea quodlibet amavit eam.
21. Et dixit Jacobus Labani: *da* (mihī) *uxorem meam* (o: *virginem mihi desponsatam*), *nam completi sunt dies mei* (o: *tempus servitii mei peractum est*), *et intrabo ad eam.*
22. Et congregavit Laban omnes viros loci illius et fecit convivium.
23. Et factum est vespera, ut sumeret Leam, filiam suam, et duceret eam ad illum, et ille intravit ad eam.
24. Et dedit Laban ei Silpam, ancillam suam, Leæ, filiæ suæ, ancillam.
25. Et factum est mane, tum ecce illa Lea (fuit o: vidi Jacobus, Leam esse)! Et dixit (Jacobus) Labani: *quare hoc fecisti mihi? Nonne pro Rachele servivi apud te? Quare igitur decepisti me?*
26. Et dixit Laban: *non fiet ita* (o: non fieri solet) *in loco nostro, ut demus* (in matrimonium) *minorem* (natu) *ante* (o: priusquam) *primogenitam.*
27. *Comple septimanam hujus*¹⁾ (o: Leæ i. e. hebdomadem nuptialem totam perage)! *Tum dabimus tibi etiam hanc* (o: Rachelem) *pro servitio, quod servies* (o: haec conditione, ut præstes servitium) *apud me adhuc septem annos* *alios.*
28. Et fecit Jacobus ita, et complevit septimanam hujus (Leæ), et dedit (Laban)ei Rachelem, filiam suam, ei in uxorem.
29. Et dedit Laban Racheli, filiæ suæ, Bilham, ancillam suam, ei in ancillam.
30. Et intravit (Jacobus) etiam ad Rachelem, et amavit etiam Rachelem præ Lea (o: plus quam Leam), et serviit apud eum adhuc septem annos alios.
31. Et vidit Jehova, exosam esse (o: minus amatam) Leam, et aperuit uterum ejus (o: fecundam reddidit eam), at Rachel sterilis (fuit).
32. Et gravida facta est Lea, et peperit filium et vocavit nomen

Verss. varr. 1) Alii: *septimanam hanc*. Alii: *hebdomadem annorum s. septennium hujus* o: *Rachelis.*

*ejus Ruben (o: videte¹) filium!), nam dixit: quia vidi
Jehova afflictionem meam, nam nunc amabit me vir
(o: maritus) meus.*

- ¶ 83. Et gravida facta est iterum, et peperit filium et dixit: *quod
audivit Jehova, me esse exosam, ideo dedit mihi etiam
hunc.* Et vocavit nomen ejus *Simeon* (o: *auditio et exau-
ditio*).
 ¶ 84. Et gravida facta est iterum, et peperit filium et dixit: *nunc
haec vice (o: nunc demum) adjungeret se maritus meus
mihi (o: mihi deditus erit), nam peperi ei tres filios.* Ideo vocatum est (pr. vocavit sc. vocans) nomen ejus *Levi* (o: *adhæsio*).
 ¶ 85. Et gravida facta est iterum, et peperit filium et dixit: *hac
vice celebrabo Jehovahm!* Ideo vocavit nomen ejus *Juda* (o: *celebratus²*). Tum destitit a pariendo (o: majus tem-
poris spatium præteriit, per quod non peperit).

Caput XXX.

- ¶ 1. Et vidi Rachel, se non parere Jacobo, et zelotypia com-
mota est Rachel in sororem suam et dixit Jacobo: *da
mihi liberos, et si non (dederis), moriar ego (præ dolore)!*
 ¶ 2. Et exarsit ira Jacobi in Rachelem et dixit: *an loco Dei
sum, qui prohibuit a te fructum uteri* (o: denegavit
tibi liberos)?
 ¶ 3. Et dixit illa: *ecce ancillam meam Bilham! Intra ad eam,
et pariet super genua mea* (o: ut filium ex ancilla na-
tum pro meo habeam et super genua statuam), *et aedi-
fabor etiam ego ex illa* (o: per eam liberos habebo).
 ¶ 4. Et dedit ei Bilham, ancillam suam, in uxorem, et intravit
ad eam Jacobus.
 ¶ 5. Et gravida facta est Bilha, et peperit Jacobo filium.
 ¶ 6. Et dixit Rachel; *judicavit me* (o: causam meam vindicavit)

Vers. varr. ¹) Alii: *filius visionis* o: *respectus divini.* ²) Alii: *cele-
brabit sc. Jehovahm.*

- Deus, et etiam audivit* (ο: exaudivit) *vocem meam* (ο: preces meas), *et dedit mihi filium*. Ideo vocavit nomen ejus *Dan* (ο: judex¹).
7. *Et gravida facta est iterum et peperit Bilha, ancilla Rache-*
lis, filium secundum Jacobo.
8. *Et dixit Rachel: luctationibus Dei luctata sum* (ο: pug-
nam de mariti amore maxime arduam pugnavi) *cum sorore*
mea²), etiam superior facta sum. Ideo vocavit nomen
ejus: Naphthali (ο: luctatio, pugna mea).
9. *Et vidit Lea se destitisse a pariendo, et sumsit Silpam, an-*
cillam suam, et dedit eam Jacobo in uxorem.
10. *Et peperit Silpa, ancilla Leæ, Jacobo filium.*
11. *Et dixit Lea: cum fortuna³)* (ο: quod felix faustumque
sit! *Et vocavit nomen ejus Gad* (ο: fortuna).
12. *Et peperit Silpa, ancilla Leæ, filium secundum Jacobo.*
13. *Et dixit Lea: in felicitate mea* (ο: ad felicitatem meam hoc
accedit), *nam felicem prædicabunt me mulieres* (pr. filiæ).
Et vocavit nomen ejus Ascher (ο: Felix).
14. *Atque exiit Ruben diebus messis tritici* (ο: mense Mayo) *et*
invenit mandragoras⁴) (s. poma amatoria) *in agro ei-*
adulit eas ad Leam, matrem suam. Et dixit Rachell
Leæ: da, quæso, mihi de mandragoris filii tui!
15. *Et dixit (Lea) ei: num parum* (est ο: nonne sufficit), *sumere*
te virum meum (ο: te vindicare tibi maritum meum), *ut*
sumas (ο: sumere velis) *etiam* (ο: insuper) *mandragoras*
filii mei? *Et dixit Rachel: ideo* (ο: si tanti aestimas hasco
mandragoras) *cubet* (Jacobus) *tecum hac nocte pro man-*
dragoris filii tui!
16. *Et venit Jacobus ex agro vespera, et exiit Lea obviam ei*
et dixit: ad me intrabis, nam certe (pr. conducendo) *con-*
duxii te pro mandragoris filii mei. Et cubuit (Jacobus)
cum ea nocte illa.
17. *Et audivit* (ο: exaudivit) *Deus Leam, et gravida facta es-*
ta et peperit Jacobo filium quintum.
18. *Et dixit Lea: dedit Deus mercedem meam* (ο: mihi), *quoniam*

Verss. varr. ¹) Alii: *judicabit* sc. *Deus.* ²) Vulg. *comparavit mo-*
Deus eum sorore mea. Alii: *artibus egregiis, admodum callide cum sorore*
certavi. ³) Alii: *venit turma.* ⁴) Alii: *lotum vel melones parvos vel siccum*
indicam intelligunt.

- dedi ancillam meam marito meo. Et vocavit nomen ejus J^sssaschar (ɔ: affert¹) mercedem sc. Deus).*
- .019. *Et gravida facta est iterum Lea, et peperit filium sextum Jacobo.*
- .020. *Et dixit Lea: donavit me Deus dono bono; hac vice (ɔ: nunc tandem) habitabit mecum (ɔ: mecum potius quam cum sorore mea versabitur) maritus meus, nam peperi ei sex filios. Et vocavit nomen ejus Sebulon (ɔ: habitatio).*
- .021. *Et postea (ɔ: ad postremum) peperit filiam, et vocavit nomen ejus Dina.*
- .022. *Atque (tandem) recordatus est Deus Rachelis, et exaudivit eam Deus et apernit uterum ejus.*
- .023. *Et gravida facta est et peperit filium et dixit: abstulit Deus ignominiam meam.*
- .024. *Et vocavit nomen ejus Joseph (ɔ: addet), dicendo: addet Jehova mihi filium alium!*
- .025. *Et factum est, cum peperisset Rachel Josephum, ut dicearet Jacobus Labani: dimitte me, et abeam (ɔ: cum bona tua venia liceat mihi abire) in locum meum et in terram meam (ɔ: in patriam meam)!*
- .026. *Da (mihi) uxores meas et liberos meos, pro quibus servivi tibi, et abeam, nam tu cognoscis servitium meum, quod servivi tibi (ɔ: quale tibi servitium præstiterim, tu bene scis).*
- .027. *Et dixit ei Laban: utinam²), quæso, inveniam gratiam in oculis tuis (ɔ: gratiam apud te inire possim)! Auguror³), benedixisse mihi Jehovah tua causa.*
- .028. *Et dixit: definias (v. designes) mercedem tuam mihi! Et dabo eam.*
- .029. *Et dixit (Jacobus) ei: tu seis, quid (ɔ: quo pacto) servierim tibi, et quid fuerit pecus tuum mecum (ɔ: quomodo mea cura auctus sit numerus pecoris tui).*
- .030. *Nam parum (v. exiguum erat), quod fuit tibi ante me (ɔ: adventum meum), at diffudit se (pr. erupit) in multitudinem, et benedixit Jehovah tibi ad pedem meum⁴) (ɔ:*

Vers. varr. ¹) Alii: *is est merces.* ²) Alii: *si quæso inveniam gratiam in oculis tuis, sc. audi me! aut: mane apud me!* Alii: *num inveniam gratiam etc.?* ³) Alii: *experimento didici.* ⁴) Alii: *me præeunte.* Alii: *productu meo.*

ex quo domum tuam ingressus sum). At nunc, quando faciam etiam ego pro domo mea (ο: quando tandem res meas curabo)?

31. Et dixit: quid dabo tibi? Et dixit Jacobus: non dabis mihi quidquam. (Sed), si feceris mihi rem hanc (ο: si conditionem hanc velis accipere), revertar, pascam gregem tuum (et) custodiam.
32. Transibo per omnem gregem tuum hodie; aufer¹⁾ (ο: segreges) inde omne pecus (ovillum et caprinum) punctatum (v. maculis minoribus distinctum) et maculosum (v. maculas habens majores) et omne pecus nigrum²⁾ inter agnos et maculosum et punctatum inter capras, et erit merces mea.
- Sensus:* et inter oves et inter capras separandæ sunt discolores (ο: punetatae et maculosæ) ab unicoloribus (ο: nigris), et quæ ex unicoloribus natæ fuerint discolores, oves et capræ, mercedem meam constituent.
33. Et respondebit pro me justitia mea (ο: testimonium pro me exhibebit probitas mea) die crastino (ο: in posterum) quum veneris ad mercedem meam, (quæ) coram te (est ο: quum veneris ad pecudes discolores, quæ mihi mercedi erunt; perlustraturus): omne, quod non fuerit punctatum et maculosum inter capras, et (omne) nigrum inter agnos (ο: omnes oves et capræ unicolores) surreptum (erit) apud me (ο: surto tibi sublatum dices)!
34. Et dixit Laban: ecce! utinam fiat secundum verbum tuum!
35. Et removit (ο: segregavit Laban) die illo hircos striatos (v. fasciatos) et maculosos et omnes capras punctatas et maculosas, omne, quod album (erat) in eo³⁾ (sc. pecores ο: inter oves et capras) et omne nigrum inter agnos, et tradidit in manum filiorum suorum.
- Sensus:* separavit Laban omnes pecudes discolores sc. striatas, punctatas et maculosas ab unicoloribus sc. ab albis et nigris, quanto facto filii discolores, Jacobo unicolores seorsim custodiendas tradidit.
36. Et posuit (Laban) iter trium dierum inter se et inter Jacobum (ο: inter gregem filii suis traditum et gregem Jacobo

Vers. varr. 1) Alii: transibo — auferendo ο: transibo et auferam.

2) Alii: rufum. Alii: fuscum. 3) Alii: in quo albi aliquid est.

relictum), et Jacobus pascebat greges Labanis reliquos (ο: pecudes unicolores).

- .87. Tum sumsit sibi Jacobus virgas (pr. *virgam*) populi recentes¹⁾ (pr. *humidas*) et amygdali et platani, et decorticavit in iis decorticaciones albas nudatione alboris, qui in virgis (erat).

Sensus: cortice in aliis locis detrahendo, quo albor ligni nudatus apparuit, in aliis vero servando, virgas reddidit varias et striatas.

- .88. Et collocavit virgas, quas decorticaverat, in canalibus, in potoriis aquae (v. *aquariis*), quo venerunt pecudes ad bibendum, e regione pecudum, et incaluerunt (sc. desiderio coitus ο: coiverunt), cum venirent illæ ad bibendum.
Sensus: baculis illis striatis in aquariis contra pecudes coeunt collocatis, Jacobus imaginationem ovium *unicolorum* in foetu formando tantopere excitare voluit, ut discolorem foctum proerearent.

- .89. Et incaluerunt (ο: coiverunt) pecudes juxta virgas, et perpererunt pecudes striatos, punctatos et maculosos (foetus).

- .90. Et agnos (sc. discolores) separavit Jacobus, et convertit (pr. dedit) faciem (v. oculos) pecudum (quas ipse pascebat) ad striatum (ο: discolores), nimirum²⁾ omne nigrem (ο: omnes unicolores) inter pecudes Labanis (sc. convertit ad discolores), et posuit sibi greges (ο: suos) scorsim, et non posuit eos contra pecudes (sc. unicolores) Labanis.
Sensus: Jacobus „unicolores Labanis pecudes ita collocavit, ut ante se viderent pascere discolores Jacobi easque tamen oculis ab ab unicoloribus aversas, ne discolores unicolorium adspectu et imaginatione conciperent unicolores.” Ita Schumann (in Genesi Hebr. et Gr. p. 451), quem egregium interpretem in difficillimo hoc loco v. 33—40 sequi non dubitamus.

- .91. Et factum est in omni ardore pecudum vegetarum³⁾ (s. robustarum ο: quum coirent oves vegetæ), ut collocaret Jacobus virgas illas coram oculis pecudum in canalibus ad calefaciendum eas in virgis (ο: ut conciperent adspectu virgarum).

- .92. Sed quando debiles⁴⁾ (v. *viribus* *destitutæ*) essent pecudes,

Verss. varr. 1) Alii: recentis v. *viridis*. 2) Plerique: convertit faciem gregis ad striatum et ad omne fuscum in grege Labanis. 3) Hieronymus: quæ primi temporis. Alii: primogenitæ. 4) *Onkelos*: in serotinatione ovium ο: dum ecirent pro serotino partu, quod siebat secundâ admissurâ. cf. Rosenmüller.

non collocavit (virgas in canalibus). Et (sic) fuerunt (o: obtigerunt) debiles Labani et vegetæ Jacobo.

43. Et diffudit se (o: divitiis auctus est) vir ille (o: Jacobus) quamaxime, et fuerunt ipsi pecudes multæ et ancillæ et servi et cameli et asini.
-

Caput XXXI.

1. Sed audivit (Jacobus) verba filiorum Labanis, dicendo (o: qui dicebant): *sumsit* (o: sibi vindicavit) *Jacobus omnia, quæ patri nostro (erant), et ex iis, quæ patri nostro (erant), fecit* (o: sibi comparavit) *omnes divitiæ istas.*
2. Et vidit Jacobus faciem Labanis, et ecce! non fuit erga ipsum, ut heri et nudius tertius (o: ut antehac).
3. Et dixit Jehova Jacobo: *redi in terram patrum tuorum et ad cognationem* (o: familiam) *tuam, et ero tecum!*
4. Et misit Jacobus et vocavit Rachelem et Leam in agrum ad gregem suum.
5. Et dixit illis: *video ego faciem patris vestri, quod non sit erga me, ut heri et nudius tertius; at Deus patris meis fuit mecum.*
6. *Et vos scitis, me pro omnibus viribus meis servivisse patri vestro.*
7. *Sed pater vester fecellit me et mutavit mercedem meas decem vicibus* (o: sæpius). *At non permisit (pr. dedit) ei Deus, ut malefaceret mihi.*
8. *Si ita dicebat: punctatæ (pecudes) erunt merces tua, tum pepererunt omnes pecudes punctatas; et, si ita dicebat: striatae erunt merces tua, tum pepererunt omnes pecudes striatas.*
9. *Et abstulit Deus pecus patris vestri et dedit mihi.*
10. *Et factum est tempore, quo coirent pecudes, ut tollerem oculos meos et viderem in somnio, et ecce hircos, adscendentes super oves, striatos, punctatos et grandinosos* (o: maculis albis in morem grandinis respertos)!

- ¶11. *Et dixit mihi angelus Dei in somnio: Jacob! Et dixi: ecce me!*
- ¶12. *Et dixit: tolle, quæso, oculos tuos et vide omnes hircos, adscendentes super oves, striatos, punctatos et grandinosos! Nam vidi omnia, quæ Laban fecerit tibi (ɔ: cognosco injurias tibi a Labane illatas).*
- ¶13. *Ego (sum) Deus Bethelis (pr. Deus ille, Deus, inquam, Bethelis ɔ: qui apparuit tibi Bethel), ubi unxisti cippum, ubi vovisti mili votum. Nunc surge, exi e terra hac et redi in terram nativitatis tuæ (ɔ: solum tuum natale)!*
- ¶14. *Et responderunt Rachel et Lea et dixerunt ei: num adhuc nobis pars et hereditas in domo patri nostri (nobis expectandæ sunt)?*
- ¶15. *Nonne peregrinæ habitæ sumus ei? Nam vendidit nos et comedit etiam comedendo (ɔ: in suum usum plane convertit) pretium nostrum (pr. argentum nostrum ɔ: servitium, quod pro nobis Labani præstítisti).*
- ¶16. *Quamobrem omnes divitiae, quas abstulit Deus patri nostro, nobis illæ (sunt) et filiis nostris (ɔ: jure nobis et liberis nostris debentur). Et nunc omnia, quæ dixit Deus tibi, fac!*
- ¶17. *Et surrexit Jacobus et sustulit filios suos et uxores suas in camelos.*
- ¶18. *Et abduxit omne pecus suum et omnes facultates suas, quas acquisiverat, (nimirum) pecus possessionis suæ, quod acquisiverat in Paddan-Aram (ɔ: Mesopotamia), ut veniret ad Isaacum, patrem suum, in terram Canaanis.*
- ¶19. *At Laban profectus erat ad tondendum oves suas, et furata est Rachel penates, qui (erant) patri ipsius.*
- ¶20. *Et furatus est Jacobus cor Labapis Syri (ɔ: mentem ejus fessellit) eo, quod non indicavit ei, se fugitum esse.*
- ¶21. *Et fugit ille et omne, quod ei (erat), et surrexit et trajecit flumen illud (ɔ: Euphratem) et posuit (ɔ: convertit) faciem suam (ɔ: recta via profectus est) ad montem Gilead.*
- ¶22. *At nuntiatum est Labani die tertio (ex quo profectus erat Jacobus), fugisse Jacobum.*
- ¶23. *Et sumsit fratres (ɔ: propinquos) suos secum et persecutus est eum itinere septem dierum et assecutus est eum in monte Gilead.*

24. Sed venit Deus ad Labanem Syrum in somnio noctis a
 (ɔ: nocturno) et dixit ei: *cave tibi, ne loquaris cum
 Jacobo a bono ad malum* (ɔ: ne iracundius cum eo agas)!!
25. Et assecutus est (inquam) Laban Jacobum, et Jacobus fixe-
 rat tentorium suum in monte, et Laban (quoque) fixit
 cum fratribus suis (tabernaculum suum) in monte Gilead.
26. Et dixit Laban Jacobo: *quid fecisti, ut furatus sis*¹⁾ *cor
 meum et abduxeris filias meas tanquam captivas gladii*
 (ɔ: quare me inscio fugisti et filias meas veluti bello
 captas abduxisti)?
27. *Cur occultasti te ad fugiendum* (ɔ: clam fugisti), *et furatus
 es* (ɔ: fefelleristi) *me et non indicasti mihi* (consilium abeundi),
*et dimissem te cum laetitia et cum canticis, cum tym-
 panico et cum cithara!*
28. *Et non permisisti mihi osculari* (pr. non admisiſti me ad
 osculandum) *filios* (ɔ: nepotes) *meos et filias meas.* *Nunc
 stulte egisti* (ita) *faciendo.*
29. *Est in potestate manus meae*²⁾ *faccere vobis malum* (ɔ: pos-
 sem quidem male vos tractare). *At Deus patris vestri
 heri dixit mihi, dicendo: cave tibi, ne loquaris cum
 Jacobo a bono ad malum!*
30. *Et nunc abeundo abiisti, quia desiderando desiderasti do-
 mum patris tue* (ɔ: sed sit ita! cupide abiisti, quoniam
 incredibili tenebaris desiderio domus paternæ revisendæ).
Cur (autem) *furatus es Deos* (ɔ: penates) *meos?*
31. *Et respondit Jacobus et dixit Labani:* (clam aufugi), *quia
 timui, quia dixi* (in animo meo ɔ: cogitavi), *ne forte
 eriperes filias tuas a me* (ɔ: mihi).
32. *Apud quem* (autem) *inveneris deos tuos, non vivat!* *Co-
 ram fratribus nostris* (ɔ: propinquis et comitibus nostris
 omnibus testibus) *contemplare*³⁾ *tibi* (ɔ: accurate inspicias),
quid (sit) *apud me* (sc. de rebus tuis), *et sume tibi* (ɔ:
 aufer)! At nesciebat Jacobus, Rachelem furatam esse eos
 (ɔ: penates).

Vers. varr. ¹⁾ Alii: *quid fecisti et furatus es* ɔ: *quare furatus es?*

²⁾ Alii: *est robori manus mea* ɔ: *robusta est, valet manus mea.* Alii: *est secundum Deum manus mea* ɔ: *valet, Deo adjuvante, manus mea.* ³⁾ Alii: *agnoscere.*

- ¶ 33. Et venit Laban in tabernaculum Jacobi et in tabernaculum Leæ et in tabernaculum duarum ancillarum, et non invenit (penates). Et exiit e tabernaculo Leæ et venit in tabernaculum Rachelis.
- ¶ 34. Et Rachel sumserat penates et posuerat eos in sella camelii, et sedet super illis. Et perscrutatus est (pr. manibus exploravit, palpavit) Laban totum tabernaculum, et non invenit.
- ¶ 35. Et dixit (Rachel) patri suo: ne exardescat (ira) in oculis domini mei, quod non possum surgere coram te (pr. a facie tua), nam via mulierum (est) mihi (ɔ: mensibus labore). Et pervestigavit (Laban totum tabernaculum), et non invenit penates.
- ¶ 36. Tum exarsit (ira) Jacobo, et rixatus est cum Labane, et respondit Jacobus et dixit Labani: quodnam (est) delictum meum? Quodnam peccatum meum, quod ardenter persequeris me?
- ¶ 37. Nam perscrutatus es omnia vasa mea (ɔ: omnem supellec-tilem meam). Quid invenisti de omnibus vasis domus tuæ! Ponē hic (v. profer) coram fratribus meis et fratribus tuis, et arguent (ɔ: arbitri erunt) inter nos ambos!
- ¶ 38. Hoc (tempus) viginti annorum (ɔ: hosce viginti annos) ego apud te (fui). Oves tuæ et capræ tuæ non abortum passæ sunt, et arietes gregis tui non comedи.
- ¶ 39. (Pecus) laceratum (a feris) non adluli ad te: ego luebam illud (ɔ: noxam in me suscepī, pro dilacerato aliud tibi pecus reddens); a manu mea requirebas illud, furtum diei et furtum noctis (ɔ: si quid furto ablatum esset sive interdiu, sive noctu).
- ¶ 40. Fui (in hac conditione): interdiu consumsit me aestus (pr. siccitas) et frigus (pr. glacies) noctu, et aufugit somnus meus ab oculis meis.
- ¶ 41. Jam mihi viginti anni in domo tua (præterlapsi sunt): servivi¹⁾ tibi quatuordecim annos pro duabus filiabus tuis, et sex annos pro pecore tuo, sed mutasti mercedem meam decem vicibus.
- ¶ 42. Nisi Deus patris mei, Deus Abrahā et timor Isaaci (ɔ:

Verss. varr. 1) Alii: jam viginti annos in domo tua servivi etc.

ille, quem summa reverentia colit Isaacus) adfuisset mihi, sane nunc vacuum (o: inopem) dimisisses me! (Sed) afflictionem meam et laborem manuum mearum vidit Deus et arguit¹⁾ (o: declaravit hoc) heri.

43. Et respondit Laban et dixit Jacobo: *hæ filiæ (sunt) filiae meæ, et hi filii (sunt) filii mei, et hi greges greges mei, et omnia, quæ tu vides, mihi (o: mea) sunt. Sed filias meas (quod attinet), quid faciam illis hodie, aut filiis earum, quos pepererunt (o: num damnum inferam filiabus meis aut filiis earum)?*
44. *Et nunc (v. jam igitur), age! Pangamus foedus, ego et tu!! Et sit (hoc) testimonio inter me et inter te (o: testetur, nos amicos esse)!*
45. Et sumsit Jacobus lapidem et erexit eum cippum.
46. Et dixit Jacobus fratribus (o: cognatis et comitibus) suis: *colligite lapides! Et sumserunt lapides et fecerunt acer- vum (v. collem), et comedenterunt (o: epulati sunt) ibi super acervo illo.*
47. Et vocavit eum (o: acervum) Laban: *Jegar-Sahadutha (o: collis testimonii), et Jacobus vocavit eum Galed (quod idem significat).*
48. Et dixit Laban: *collis hic (est) testis inter me et inter te hodie. Ideo vocatur (pr. vocavit vocans) nomen ejus Galed.*
49. Item *Mispā (o: specula), quia dixit (Laban): speculabitur (o: animadvertiset et dijudicabit) Jehova inter me et inter te, ubi longe remoti erimus alter ab altero (pr. ubi occulti erimus vir a socio suo),*
50. *Ne affligas filias meas et ne dueas uxores præter filias meas (pr. si afflixeris filias meas et si etc. — puniat te Deus!) Non est vir (o: quisquam) nobiscum (sc. tum, quem invicem discesserimus, nemo aderit, qui sanctitatem hujus foederis tueatur). (At) vide! Deus testis (est) inter me et inter te!*
51. Et dixit Laban Jacobo: *ecce collem hunc et ecce cippum, quem collocavi (pr. fundavi) inter me et inter te!*

¹⁾ Verss. varr. Alii: reprehendit te. Alii: monuit te sc. ne mihi noceres.

52. *Testis (sit) collis hie et testimonium hic cippus* (ο: collis hie et cippus hic confirmant), *sive*¹⁾ *ego (sum), me non transiturum esse ad te collem hunc, sive tu (es), te non transiturum esse ad me collem hunc et cippum hunc* (ο: neque me neque te hæc monumenta transiturum esse) *in malum* (ο: malo consilio).
53. *Deus Abrabami et Dii Nachoris judicent inter nos, Dii patris eorum* (ο: Therachi)! Et Jacobus juravit per timorem patris sui Isaaci (ο: Deum; quem summa reverentia colebat Isaacus).
54. Et mactavit²⁾ Jacobus animal (pr. mactationem ο: epulas paravit) in monte et vocavit (ο: invitavit) fratres (ο: cognatos) suos ad comedendum panem, et comederunt panem (ο: epulati sunt) et pernoctarunt in monte.

Caput XXXII.

1. Atque mane surrexit Laban diluculo et osculatus est filios suos et filias suas et benedixit illis et abiit, et rediit Laban in locum suum (ο: domum rediit).
2. Et Jacobus profectus est in via sua (ο: iter suum continuavit), et obviam ei venerunt (pr. inciderunt in eum) angelii Dei.
3. Et dixit Jacobus, cum videret eos: *castra Dei hæc* (sunt). Et vocavit nomen loci hujus *Machanaim* (ο: *gemina castra* i. e. angelica et Jacobi ipsius castra).
4. Et misit Jacobus nuntios ante se ad Esavum, fratrem suum, in terram Seir, agrum Edomi.
5. Et præcepit illis, dicendo: *ita dicetis domino meo, Esavo: ita dixit servus tuus, Jacobus: apud Labanem peregrinatus sum et commoratus sum hucusque.*
6. *Ac sunt mihi boves et asini, oves et servi et ancillæ, et*

Vers. varr. 1) Alii: *si ego non transibo* ο: quod non transibo. Alii conditionale et negativum exprimi putant: *si transiero, sed non transibo* etc.

2) Alii: sacrificium obtulit.

- misi ad indicandum domino meo (sc. me cum magnis opibus redire), ut inveniam gratiam in oculis tuis.*
7. *Et redierunt nuntii ad Jacobum, dicendo (ɔ: dicentes): venimus ad fratrem tuum, ad Esavum, et etiam procedit obviam tibi, et quadringenti viri cum eo (sunt, eum sequuntur).*
 8. *Et timuit Jacobus vehementer, et angustum ei fuit (ɔ: angore agebatur), et divisit populum, qui cum eo (erat ɔ: omnem familiam suam) et oves et boves et camelos in duo castra (v. agmina).*
 9. *Et dixit: si venerit Esavus ad agmen unum et percusserit illud, tum erit agmen superstes in evasionem (ɔ: fuga poterit inviatum evadere).*
 10. *Et dixit Jacobus: o Deus patris (ɔ: avi) mei Abrahami et Deus patris mei Isaaci! Jehova, qui dixisti mihi: redi in terram tuam et ad cognationem tuam (ɔ: in patriam tuam et ad familiam tuam), et benefaciam tibi!*
 11. *Minor sum quam omnia beneficia et omnis fides, quam exhibuisti servo tuo (ɔ: indignus sum, quæ in me adhuc contulisti, summis et plurimis beneficiis). Nam cum baculo meo transivi Jordanem hunc (ɔ: nihil præter baculum possedi, cum Jordanem transirem), et nunc factus sum in duo agmina (ɔ: duo agmina meeum duco).*
 12. *Eripe (ɔ: libera) me, queso, e manu fratris mei, e manu Esavi! Nam metuo ego eum, ne veniat et percutiat (ɔ: occidat) me, matrem cum liberis.*
 13. *Nam tu dixisti: beneficiando benefaciam tibi (ɔ: magna beneficia in te conseram), et faciam (pr. ponam) semen tuum ut arenam maris, quæ non numerari potest ob multitudinem (ɔ: posteros tibi dabo innumerabiles arenæ maris instar).*
 14. *Et pernoctavit ibi nocte illa, et sumsis (sc. postridie) ex iis, quæ veniebant in manum ejus (ɔ: quæ in promptu ipsi erant), donum Esavo, fratri suo:*
 15. *Capras ducentas et hircos viginti, oves ducentas et arietes viginti;*
 16. *Camelos lactantes et pullos earum triginta, vaccas quadraginta et tauros decem, asinas viginti et pullos decem.*

- ¶ 17. Et dedit in manum servorum suorum (o: singulis servis tradidit) greges singulos (pr. gregem gregem) seorsim et dixit servis suis: *transite ante me, et spatium ponetis inter gregem et inter gregem* (o: inter singulos greges intervallum ponatur)!
- ¶ 18. Et praecepit primo (o: illi, qui prius ducebat agmen), dicendo: *quum obviam venerit tibi Esavus, frater meus, et interrogaverit te, dicendo: cuius es (servus) et quo tendis et cuius ista (pecora) ante te (sunt)?*
- ¶ 19. *Tum dices: servi tui Jacobi (sunt); donum hoc (est) missum domino meo Esavo, et ecce, etiam ipse (venit) post nos!*
- ¶ 20. Et praecepit etiam secundo, etiam tertio, etiam omnibus euntibus post greges (o: qui greges agebant), dicendo: *secundum verbum hoc* (o: hoc modo) *laquemini ad Esavum, quum inveneritis vos eum* (o: obviam ei facti fueritis).
- ¶ 21. *Et dicetis etiam: ecce servum tuum Jacobum post nos* (o: servus tuus Jacobus venit post nos)! *Nam dixit: placabo faciem ejus* (o: fratris mei) *dono incedente ante me* (o: quod ante me praemittitur), *et postea videbo faciem ejus; forsan tollet*¹ (v. erigit) *faciem meam* (o: benigne me excipiet).
- ¶ 22. *Tum transiit donum ante eum, et ipse pernoctavit nocte illa in castris.*
- ¶ 23. *Et surrexit nocte illa et sumsit duas uxores suas et duas ancillas suas et undecim filios suos, et transiit vadum* (pr. trajectum) *Jabboci.*
- ¶ 24. *Et sumsit eos et traduxit eos torrentem* (v. fluvium) *et traduxit (omnia), quae ipsi (erant).*
- ¶ 25. *Et relietus est* (o: remansit) *Jacobus solus, et luctatus est vir* (o: angelus) *cum eo, donec adscenderet aurora* (o: usque ad ortum auroræ).
- ¶ 26. *Et vidit (angelus), se non prævalere ei, et tetigit* (o: percussit) *acetabulum femoris ejus, et luxatum est acetabulum femoris Jacobi in luctando* (o: dum luctabatur) *cum eo.*
- ¶ 27. *Et dixit (angelus) ei: dimitte me, nam adscendit aurora!*
Et dixit (Jacobus): non dimittam te, nisi benedixeris mihi.

Vers. varr. 1) Alii: *feret faciem meam o: adspectum meum ferre poterit.*

28. Et dixit ei (angelus): *quod* (est) *nomen tuum?* Et dixit: *Jacobus.*
29. Et dixit: *non Jacobus dicitur amplius nomen tuum, sed Israel* (ο: *pugnator, miles Dei*), *nam pugnasti*¹⁾ *cum Deo et cum hominibus, et prævaluisti*²⁾.
30. Atque interrogavit Jacobus et dixit: *indica, quæso, nomen tuum!* Et dixit: *quare ita interrogas de nomine meo?* Et benedixit ei ibi.
31. Et vocavit Jacobus nomen hujus loci *Pniel* (ο: *facies Dei*), *nam, (inquit), vidi Deum facie ad faciem* (ο: *præsens præsentem*), *et servata* (pr. *erupta*) *est anima mea* (ο: *tamen evasi salvus*)!
32. Et ortus est ei sol, cum transiret Pniel, et ille claudicavit femore suo.
33. Propterea non comedunt filii Israelis (ο: *Israelitæ*) nervum ischiaticum*, qui (est) in acetabulo femoris, usque ad hunc diem, quia teligit (angelus ille) acetabulum femoris Jacobi in *nervo ischiatico*.
- **Nostris anatomicis tendo Achillis* dicitur; *nervus* est, qui per femur et crus ad talos defertur.

Caput XXXIII.

1. Et sustulit Jacobus oculos suos et vidit, et ecce Esavum venientem! Et cum eo (erant) quadringenti viri, et divisit (Jacobus) liberos juxta Leam et juxta Rachelem et juxta duas ancillas (ο: *suos cuique adsignavit natos*).
2. Et collocavit ancillas et liberos earum primum (ο: *in primo loco*), et Leam et liberos ejus posteriores (ο: *in secundo loco*), et Rachelem et Josephum postremos.
3. Et ipse transiit (ο: *progressus est*) ante illos et inclinavit se in terram septem vicibus, cum accederet ad fratrem suum.

Vers. varr. ¹⁾ Alii: *contra Deum fortis fuisti.* Alii: *dominatus es cum Deo, i. e. principem te gessisti in Deum.* ²⁾ Alii: *et hominibus quanto magis prævalueris?*

4. Et eucurrit Esavus obviam ei, et amplexus est eum et cecidit super collum ejus (o: in amplexum ejus ruit) et osculatus est eum, et plorarunt.
5. Et sustulit (Esavus) oculos suos et vidit mulieres et liberos et dixit: *quinam hi tibi* (o: quinam sunt hi, qui apud te versantur)? Et dixit: *liberi illi* (sunt), *quos donavit* (pr. gratificatus est) *Deus servo tuo*.
6. Et appropinquarunt ancillæ ipsæ et liberi earum, et se prostraverunt (o: corpore inclinato eum salutarunt).
7. Et appropinquavit etiam Lea et liberi ejus, et se prostraverunt, et postea (o: ad postremum) appropinquavit Josephus et Rachel, et se prostraverunt.
8. Et dixit (Esavus): *quodnam tibi totum illud agmen*¹⁾, *in quod incidi* (o: quid sibi vult turma illa gregum, cui occurri)? Et dixit: *ad inveniendum gratiam in oculis domini mei* (o: ut hoc dono amicitiam tuam mihi conciliem).
9. Et dixit Esavus: *est mihi multum* (o: satis multa habeo), *frater mi! Sit tibi, quod* (est) *tibi* (o: tuum)!
10. Et dixit Jacobus: *minime, quæso! Si, quæso, inveni gratiam in oculis tuis, tum accipies donum meum e manu mea! Nam propterea vidi faciem tuam, quasi viderim faciem Dei* (o: nam ex eo, quod benigne acceperis donum meum, speravi fore, ut te talem viderem, quem Deum vidi, nimirum mihi cupientem), *et propitius mihi factus es* (o: benevole me excepisti).
11. *Accipe quæso donum meum* (pr. benedictionem meam), *quod ductum est ad te! Nam donavit mihi Deus, et est mihi multum.* Et ursit eum (precibus), et accepit (Esavus).
12. Et dixit (Esavus): *proficiscamur et eamus!* Et ibo ad conspectum tuum (o: te comitabor)
13. Et dixit (Jacobus) ei: *dominus meus scit, liberos teneros et oves et vaccas lactantes esse mihi* (pr. super me o: mea cura egere). *Si impulerint acrius* (pr. pulsaverint) *eas* (pastores) *uno die, tunc morituræ essent omnes oves.*

Vers. varr. 1) Alii: *unde est, quod tota hæc tibi sit turma? quod tantam habeas turmam?*

14. *Transeat, quæso, dominus meus ante servum suum (ad præcedat me), et ego incedam (pr. ducam me) pro comoditate¹⁾ mea (pr. ad quietem meam), ad gressum (pr. pedem) pecoris, quod (est) ante me, et ad gressum liberorum (o: prouti pecus et liberi incedere valent), donec perveniam ad dominum meum, Seirum.*
15. *Et dixit Esavus: constituam, quæso, tecum de populo, quæ mecum (est o: nonnullos comitum meorum tibi relinquam). At dixit (Jacobus): quare hoc (facies)? Inveniam gratiam in oculis domini mei (sc. etiam in hac re, ut sine comitibus proficiscar)!*
16. *Et rediit die illo Esavus in viam Seirum.*
17. *Et Jacobus profectus est Succotham, et ædificavit sibi domum et pecori suo fecit casas (o: septa, tuguria). Ideo vocavit nomen hujus loci Succoth (o: casæ).*
18. *Et venit Jacobus incolumis in urbem Sichem, quæ (est) in terra Canaanis, cum veniret ille ex Paddan-Aram, et castra metatus est in conspectu urbis (o: ante urbem).*
19. *Atque emit parfem agri, in quo extenderat tentorium suum, e manu filiorum Chamoris, patris Sichemi, centum Kesitis*.*
- **Kesita* est certum quoddam pondus sive auri sive argenti, quo, ut sielo, aetate patriarcharum pro pecunia usi sunt nomades.
20. *Et erexit ibi altare et vocavit illud: Deus, Deus Israelis (o: altare Dei et quidem Dei Israelis)²⁾.*

Caput XXXIV.

1. *Atque exiit Dina, filia Leæ, quam pepererat (Lea) Jacobo, ad videndum filias illius terræ (o: ut amicitiam cum puellis illius regionis contraheret).*
2. *Et vidit eam Sichemus, filius Chamoris Chivitæ, principis³⁾*

Vers. varr. 1) *Alii: pro lentitudine mea: o: ad lenem incessum meum, sensim.* 2) *Vulg.* invocavit super illud fortissimum Deum Israelis. 3) *Alii: princeps, ut referatur ad Sichemum.*

- hujus terræ, et sumsis (o: rapuit) eam et cubuit cum ea
et oppressit eam (o: vim ei intulit).
- ¶ 3. Sed adhaesit animus ejus Dinæ (o: ei adductus erat), filiae
Jacobi, et amavit puellam, et locutus est ad eorū puellæ
(o: eam consolatus est).
- ¶ 4. Et dixit Sichemus Chamori, patri suo, dicendo: *sume mihi
puellam hanc in uxorem!*
- ¶ 5. Et Jacobus audivit, eum (o: Sichemum) stuprasse (pr. pol-
luisse) Dinam, filiam ipsius. Et filii ejus erant cum
pecore ejus in agro, et siluit Jacobus, donec venissent
(o: rediissent) illi.
- ¶ 6. Et exiit Chamor, pater Sichemi, ad Jacobum ad loquen-
dum cum eo.
- ¶ 7. Et filii Jacobi venerunt ex agro, cum (illud) audivissent, et
vehementer doluerunt viri (o: summa animi agritudine
affecti sunt), et exarsit (ira) illis vehementer, quod scelus
nefarium (pr. stultitiam) fecisset in Israelem, ut cubaret
cum filia Jacobi, et ita non fieri debebat (pr. siet).
- ¶ 8. Et locutus est Chamor cum illis, dicendo: *Sichemum, filium
meum (quod attinet), adhaeret animus ejus filie vestræ
(o: summo amore eam amplectitur). Date quæso eam
illi in uxorem!*
- ¶ 9. *Affinitatem inite (pr. sponsalia facite) nobiscum: filias
vestras date nobis et filias nostras sumite vobis!*
- ¶ 10. Et nobiscum habitabis, et terra hæc erit ante faciem
vestram (o: tota regio vobis patet); *habitate et cir-
cumite*¹⁾ (o: peragrate) eam (eum gregibus vestris), et
possessores vos constituite in ea (o: possessiones in ea
vobis comparate)!
- ¶ 11. Et dixit Sichemus patri ejus (o: Dinæ) et fratribus ejus:
*inveniam gratiam in oculis vestris! Et quod dixeritis
mihi (o: a me postulaveritis), dabo*
- ¶ 12. *Augete mihi (pr. super me) vehementer pretium (pro sponsa
solvendum) et donum (o: quantumvis pretium sponsæ et
munera vel maxima postulate), et dabo, quemadmodum
dixeritis mihi! Tantum date mihi puellam in uxorem!*
- ¶ 13. At responderunt filii Jacobi Sichemo et Chamori, patri

Vers. varr. 1) Alii: *negotiamini in ea,*

- ejus, cum fraude (o: fraudulenter) et locuti sunt¹⁾ (sc. dolose), propterea quod stuprasset Dimam, sororem ipsorum.
14. Et dixerunt illis: non possumus facere rem hanc, ut demus sororem nostram viro, cui (est) præputium, nam ignorabimus haec nobis (est).
 15. *Modo in hoc* (o: hac conditione) morem geremus vobis²⁾, si velitis esse ut nos, ut circumcidatur inter vos omnis mas.
 16. Et dabimus filias nostras vobis, et filias vestras sumemus nobis, et habitabimus vobiscum et erimus (o: coalescemus) in populum unum.
 17. Sin vero non audiveritis nos (o: nobiscum consenseritis), ut circumcidamini, tum sumemus filiam (o: sororem, puellam) nostram, et abibimus.
 18. Et bona erant verba eorum in oculis Chamoris et in oculis Sichemi, filii Chamoris (o: placebant illis).
 19. Et non cunctatus est juvenis (Sichemus) facere hanc rem, nam amavit filiam Jacobi, et ipse honoratus erat præ omni domo patris sui.
 20. Et venit (o: venerunt) Chamor et Sichemus, filius ejus, ad portam urbis suæ, et locuti sunt ad viros urbis suæ, dicendo:
 21. *Viri hi pacifici sunt erga nos* (v. amice nobiscum vivunt), et habitabunt (o: habitare cupiunt) in terra et peragrabit eam, et terra, ecce! spatiose est utraque manus eorum iis (o: in utramque partem, longa et lata, patens, nobis et illis sufficit). *Filias eorum sumamus nobis in uxores, et filias nostras demus illis!*
 22. *Modo in hoc* (o: hac conditione) morem gerent nobis hi viri, ut habitent nobiscum, ut sint in populum unum, si circumcidatur (pr. eo quod circumcisus sit) inter nos omnis mas, quemadmodum ipsi circumcisi sunt.
 23. *Pecus eorum et possessio eorum et omne jumentum eorum nonne nobis* (o: nostra) sunt (o: erunt)? *Modo morem geramus illis, ut habitent nobiscum!*

Vers. varr. ¹⁾ Alii: machinas s. insidias struxerunt. ²⁾ Alii: acquisiemus vobis s. consentiamus vobiscum. Alii: consignabimus vobis o: tanquam signo utrisque communiter expresso similes efficiemur vobis etc.

- ¶24. Et audiverunt Chamorem et Sichemum, filium ejus (o: iis obtemperarunt) omnes exeuntes porta urbis ejus (o: omnes incolae), et circumcisi sunt omnes mares, omnes exeuntes porta urbis ejus.
- ¶25. Et factum est die tertio, quum essent illi dolore affecti, ut sumerent duo filii Jacobi, Simeon et Levi, fratres Dinæ, quisque (pr. vir) gladium suum, et venirent adversus urbem (o: urbem aggressi sunt) audacter et interficerent omnes mares.
- ¶26. Et Chamorem et Sichemum, filium ejus, interficerunt acie (pr. per os) gladii, et sumserunt Dinam e domo Sichemi et abierunt.
- ¶27. Filii Jacobi (eeteri) venerunt super confosso (o: occisos), et prædati sunt urbem, propterea quod stuprassent sororem ipsorum.
- ¶28. Oves eorum et boves eorum et asinos eorum, et quidquid in urbe et quidquid in agro (erat), sumserunt.
- ¶29. Et omnes opes eorum et omnes parvulos (v. infantes) eorum et mulieres eorum captivas abduxerunt et rapuerunt, et omnia, quæ in domo (erant).
- ¶30. Et dixit Jacobus Simeoni et Levi: *turbastis me* (o: graviter me afflixistis), *foetidum* (o: detestabilem) *me reddendo inter habitatores hujus terræ* (o: quum in odium invidiāmque incolarum me vocaveritis), *inter Cananitas et Peresitas*, et *me* (meamque familiam quod attinet), *viri numeri* (o: paucissimi sumus), et *congregabunt se contra me et profligabunt me*, et *excidar ego et domus mea*.
- ¶31. Et dixerunt: *num sicut meretricem tractaret* (pr. faceret) *sororem nostram?*

Caput XXXV.

- I 1. Tum dixit Deus Jacobo: *surge, adscende Bethalem et habita ibi, et fac (v. exstrue) ibi altare Deo, qui apparuit tibi, cum fugeres tu a facie Esavi, fratris tui!*

2. Et dixit Jacobus domui suæ et omnibus, qui cum ipso (erant): *amovete Déos peregrini* (populi ɔ: deos alienos), *qui inter vos* (sunt), *et mundate vos* (ɔ: abluite vos aqua), *et mutate vestes vestras!*
3. *Et surgamus et adscendamus Bethelem, et faciam ibi altare Deo, qui respondebat mihi* (ɔ: preces meas exaudiebat) *die angustiarum mearum* (ɔ: temporibus angustis) *et erat mecum in via, qua incessi.*
4. Et dederunt Jacobo omnes Deos peregrini, qui in manibus ipsorum (erant), et inaures, quæ in auribus ipsorum (ɔ: quas in auribus gestabant), et abscondidit (ɔ: defodit) eos (ɔ: haec omnia) Jacobus sub terebintho¹), quæ prope Sichenum (est).
5. Et profecti sunt, et fuit terror Dei super urbibus, quæ (erant) circum eos, et non persecuti sunt (incolæ) filios Jacobi (ɔ: tantus iis terror immissus erat, ut non auderent etc.).
6. Et venit Jacobus Lusam, quæ (sita est) in terra Canaanis — illa Bethel (nunc vocatur) — ipse et omnis populus, qui cum eo (erat).
7. Et extruxit ibi altare et vocavit hunc locum: *El Bethel* (ɔ: *Deum Bethelis* ɔ: Deo, qui in Bethele apparuit, sacerdotum), quoniam ibi revelatus erat ei Deus, cum fugeret a facie fratris sui.
8. Et mortua est Debora, nutrix Rebeccæ, et sepulta est infra Bethelem (ɔ: ad radices Bethelis in monte siti) sub terebintho illa (nota), et vocavit (Jacobus) nomen ejus *terebinthum fletus* (v. luctus).
9. Atque apparuit Deus Jacobo iterum, cum veniret ex Padan-Aram, et benedixit ei.
10. Et dixit ei Deus: *nomen tuum* (est) *Jacobus. Non vocabitur nomen tuum amplius Jacobus, sed Israel erit nomen tuum.* Et vocavit nomen ejus *Israel.*
11. Et dixit ei Deus: *ego Deus omnipotens* (sum). *Fecundus esto et cresce* (ɔ: multa sobole augearis)! *Gens et coetus gentium fiet de te* (ɔ: autor eris plurium gentium), *et reges e lumbis tuis egredientur* (ɔ: ex te originem ducent)!

Verss. varr. ¹⁾ Alii: quercu.

- ¶ 12. *Et terram, quam dedi Arbahamo et Isaaco, tibi dabo eam, et semini tuo post te dabo hanc terram.*
- ¶ 13. *Et adscendit ab eo Deus in eo loco, in quo locutus erat cum eo.*
- ¶ 14. *Et collocavit Jacobus cippum (v. statuam) in loco, in quo locutus erat eum ipso (Deus), cippum lapidis (o: lapideum), et libavit super eum libationem et fudit super eum oleum (o: quem vino et oleo perfudit).*
- ¶ 15. *Et vocavit Jacobus nomen loci, in quo locutus erat cum eo Deus, Bethel.*
- ¶ 16. *Et castra moverunt Bethel. Et factum est, cum adhuc spatum terrae¹⁾ (v. stadium sc. superesset), antequam pervenirent Ephratam (o: cum prope Ephratam essent), ut pareret Rachel, et laboravit (pr. induravit) in partu suo (o: difficilem habuit partum).*
- ¶ 17. *Et factum est, quum dura pateretur illa in partu suo, ut diceret ei obstetrix: ne timeas, nam etiam hic tibi filius (erit)!*
- ¶ 18. *Et factum est, cum exitura esset anima ejus (o: quum exspiraret), nam moriebatur, ut vocaret nomen ejus Benoni (o: filium doloris mei), at pater ejus vocavit eum Benjamin (o: filium dexteræ²⁾ i. e. felicitatis o: filium felicissimum).*
- ¶ 19. *Et mortua est Rachel et sepulta est in via Ephratam versus, haec Bethlehem (hodie vocatur).*
- ¶ 20. *At collocavit Jacobus cippum in sepulcro ejus; hic cippus sepulcri Rachelis ad hunc diem (vocatur).*
- ¶ 21. *Et castra movit (inde) Israel et extendit tabernaculum suum ultra turrim Eder (o: gregis).*
- ¶ 22. *Et factum est, cum habitaret Israel in terra illa, ut abiret Ruben et cubaret cum Bilha, pellice patris sui, et audiuit (hoc) Israel.*
- Atque fuerunt filii Jacobi duodecim:*
- ¶ 23. *Filii Leæ: primogenitus Jacobi Ruben, et Simeon et Levi et Juda et Issaschar et Sebulon.*
- ¶ 24. *Filii Rachelis: Josephus et Benjamin.*

Vers. varr. 1) Hieronymus: venit verno tempore ad terram. Alii: magnum terræ spatum. Syrus et Persa: parasanga. Alii: milliarium.

(2) 2) Alii: filium dierum o: senectutis.

25. Et filii *Bilhæ*, ancillæ *Rachelis*: *Dan* et *Napthali*.
 26. Et filii *Silpæ*, ancillæ *Leæ*: *Gad* et *Ascher*.
Hi filii *Jacobi* (sunt), qui nati sunt (pr. quod natum est: quidquid natum est liberorum) ei in *Paddan-Aram* (o: *Mesopotamia*).
 27. Et venit *Jacobus* ad *Isaacum*, patrem suum, *Mamram* (et) *Kirjath-Arbam* — haec *Chebron* (hodie vocatur) — ubi peregrinatus est (o: perigrinati sunt) *Abrahamus* et *Isaacus*.
 28. Et fuerunt dies *Isaaci* centum anni et octoginta anni.
 29. Et exspiravit *Isaacus* et mortuus est, et congregatus est ad populos (o: populares) suos, senex et satur dierum (o: vitæ), et sepeliverunt eum *Esavus* et *Jacobus*, filii ejus.
-

Caput XXXVI.

1. Atque hæ (sunt) generationes (v. tabula genealogica) *Esavi*, hic *Edom* (vocatur).
2. *Esavus* duxerat uxores suas de filiabus Canaanis (o: Cananitarum), *Adam*, filiam *Elonis Chethite*, et *Oholibamam*, filiam *Anæ*, filiae¹) *Zibeonis Chevitæ*.
3. Et *Basmatham*, filiam *Ismaelis*, sororem *Nebajothi*.
4. Et peperit *Ada* *Esavo* *Eliphasum*, et *Basmatha* peperit *Reuelem*.
5. Et *Oholibama* peperit *Jeuschum* et *Jalamum* et *Koraehum*.
Hi (sunt) filii *Esavi*, qui nati sunt ei in terra Canaanis.
6. Et sumsit *Esavus* uxores suas et filios suos et filias suas et omnes animas domus suæ et pecus suum et omne armentum suum et omnem possessionem suam, quam acquisiverat in terra Canaanis, et profectus est in terram a facie *Jacobi*²), fratri sui (o: quæ fratri ipsius *Jacobo* ab oriente sita erat).
7. Nam erant opes eorum majores, quam ut habitarent (o: habitare possent) simul; et non poterat terra peregrinationum eorum (o: in qua ut peregrini versabantur) ferre (o: capere) eos propter pecora eorum (multa).

Vers. varr. ¹) Alii: filiam. Alii, lectione mutata, vertunt: filii.

²) Alii: propter *Jacobum* o: ut ei cederet.

8. Atque consedit Esavus in monte Seir. Esavus ille *Edom* (etiam vocatur).
9. Et hæ *generationes* (sunt) *Esavi*, patris *Edomitarum* in monte Seir:
10. Hæc nomina filiorum *Esavi*:
Eliphasus, filius Adæ, uxoris Esavi, *Reuel*, filius Basmathæ, uxoris Esavi.
11. Et fuerunt filii *Eliphasi*: *Theman*, *Omar*, *Zepho*, et *Gathamus* et *Kenasus*.
12. Et *Thimna* fuit pellex *Eliphasi*, filii Esavi, et peperit *Eliphaso* *Amalekum*. Hi (sunt) filii Adæ, uxoris Esavi.
13. Et hi (sunt) filii *Reuelis*: *Nachath* et *Serach*, *Schamma* et *Missa*. Hi fuerunt filii Basmathæ, uxoris Esavi.
14. Et hi fuerunt filii *Oholibamæ*, filiae Anæ, filiae *Zibeonis*, uxoris Esavi. Nam peperit Esavo *Jeuschum* et *Jalamum* et *Korachum*.
15. Hi (sunt) *principes*¹⁾ (ο: phylarchi) *filiorum Esavi* (ο: Esavidarum):
Filiorum Eliphasi, primogeniti Esavi: princeps *Themanis*, princeps *Omaris*, princeps *Zephonis*, princeps *Kenasi*, princeps *Korachi*, princeps *Gathami*, princeps *Amaleki*. Hi principes *Eliphasi* (ο: phylarchi posterorum *Eliphasi*) in terra *Edom*, hi filii Adæ (sunt ο: ex Ada originem trahunt).
17. Atque hi (sunt) filii (ο: phylarchi posterorum) *Reuelis*, filii Esavi: princeps *Nachathi*, princeps *Serachi*, princeps *Schammæ*, princeps *Missæ*. Hi principes (ο: phylarchi posterorum) *Reuelis* in terra *Edom*, hi filii Basmathæ, uxoris Esavi (ο: atque e Basmatha originem ducunt).
18. Atque hi (sunt) filii (ο: phylarchi posterorum) *Oholibamæ*, uxoris Esavi: princeps *Jeuschi*, princeps *Jalami*, princeps *Korachi*. Hi (sunt) principes (ο: phylarchi posterorum) *Oholibamæ*, filiae Anæ, uxoris Esavi.

Vers. varr. ¹⁾ Alii: hæ sunt tribus.

19. Hi (suerunt) filii *Esavi* et hi principes eorum; ille (Esavus) *Edom* (vocatur).
20. Hi (sunt) filii *Seiri Choritae*, habitatores hujus terræ: *Lotan* et *Schobal* et *Zibeon* et *Ana*.
21. Et *Dischon* et *Ezer* et *Dischan*. Hi principes (v. phylarchi) *Choritarum*, filiorum *Seiri*, in terra *Edom*.
22. Et fuerunt filii *Lotanis*: *Chori* et *Hemam*, et soror *Lotanis* (fuit) *Thimna*.
23. Et hi filii *Schobalis*: *Alvan* et *Manachath* et *Ebal*, *Schephon* et *Onam*.
24. Et hi filii *Zibeonis*: *Aja* et *Ana*. Hic (est) *Ana* (ille), qui invenit aquas calidas (v. *thermas*)¹⁾ in deserto, cum pasceret asinos *Zibeonis*, patris sui.
25. Et hi filii *Anæ*: *Dischon*, et *Oholibama* filia *Anæ* (erat).
26. Et hi filii *Dischonis*: *Chemdan* et *Eschban* et *Iithran* et *Cheran*.
27. Hi filii *Ezeri*: *Bilhan* et *Saavan* et *Akan*.
28. Hi filii *Dischanis*: *Uz* et *Aran*.
29. Hi (sunt) principes *Choritarum*: princeps *Lotanis*, princeps *Schobalis*, princeps *Zibeonis*, princeps *Anæ*,
30. Princeps *Dischonis*, princeps *Ezeri*, princeps *Dischanis*. Hi (sunt) principes *Choritarum* per principes suos²⁾ (ο: singuli phylarchi, singularum tribuum principes) in terra *Seir*.
31. Atque hi (sunt) reges, qui regnarunt in terra *Edom*, antequam regnavit rex in filios Israelis (ο: Israelitas).
32. Nimirum regnavit in *Edom* *Bela*, filius *Beoris*, et nomen urbis ejus (erat) *Dinhaba*.
33. Et mortuus est *Bela*, et regnavit loco ejus *Iobab*, filius *Serachi* e *Bozra*.
34. Et mortuus est *Iobab*, et regnavit loco ejus *Cuscham* e terra *Themanitarum*.
35. Et mortuus est *Chuscham*, et regnavit loco ejus *Hadad*, filius *Bedadi*, qui profligavit *Midianitas* in agro *Moabi* (ο: *Moabitico*), et nomen urbis ejus (erat) *Avith*.
36. Et mortuus est *Hadad*, et regnavit loco ejus *Samla* e *Masreka*.

Vers. varr. 1) Alii: mulos. 2) Alii: secundum tribus suas.

- .87. Et mortuus est Samla, et regnavit loco ejus Saulus e Rechoboth
(sita) ad flavium (ο: Euphratem, pr. Rechoboth fluvii).
- .88. Et mortuus est Saulus, et regnavit loco ejus Baal Chanan,
filius Achboris.
- .89. Et mortuus est Baal Chanan, filius Achboris, et regnavit loco
ejus Hadar, et nomen urbis ejus (erat) Pau, et nomen
uxoris ejus (erat) Mehetabel, filia Matredi, filiae Mesa-
habi.
- .90. Atque hæc (sunt) nomina principum *Esavi*, secundum fami-
lias eorum, secundum loca (ο: sedes) eorum, juxta nomina
eorum:
- Princeps Thimnæ, princeps Alvæ, princeps Jethethi,
1M1. Princeps Oholibamæ, princeps Eleæ, princeps Pinonis,
1M2. Princeps Kenasi, princeps Themanis, princeps Mibzaris,
1M3. Princeps Magdielis, princeps Irami. Hi (sunt) principes
Edomitarum secundum habitationes suas in terra posses-
sionis suæ. Hic (erat) *Esavus*, pater Edomitarum.

Caput XXXVII.

- .1. Sed habitavit *Jacobus* in terra peregrinationum patris sui,
in terra Canaanis.
- .2. *Haec (est) historia Jacobi.*
Josephus, natus septendecim annos, pascebat¹⁾ (pr. erat pas-
cens) cum fratribus suis greges, et ille puer (erat) cum
filii Bilhæ et cum filiis Silpæ, uxorum patris sui, et
deferebat *Josephus* infamiam²⁾ eorum malam (ο: malos
de illis sparsos rumores) ad patrem eorum.
- .3. Et Israel amavit *Josephum* præ omnibus filiis suis, nam
filius senectutis³⁾ (erat) ille ipsi (ο: in senectute ipsi natus

Vers. varr. ¹⁾ Schumann: inspexit mores fratrum cum grege versan-
tium. ²⁾ Schumann: obtrectationem ο: fratres inter se valde obtrectare
et rixari. ³⁾ Schumann, lectione mutata, vertit: filium senum ο: alumnum
sapientum, sapientissimum.

- erat), et fecit ei (ο: fieri curavit) tunicam manicatam
et talarem (pr. tunicam extrematum ο: ad manus eū
talos porrectam)¹⁾.
4. Et viderunt fratres ejus, quod eum amaret pater ipsorum
præ omnibus fratribus ejus, et odio eum habuerunt eū
non potuerunt loqui cum eo ad pacem (ο: pacifice).
 5. Et somniauit Josephus somnium et indicavit (v. narravit)
fratribus suis, et perrexerunt (pr. addiderunt) eo magis
odio habere eum.
 6. Et dixit illis: *audite, quæso, somnium hoc, quod somniavi!*
 7. *Ecce nos colligantes* (ο: colligabamus) *manipulos* (frugum)
in medio agri, et ecce surgebat manipulus meus et etiam
stabat, et ecce eingebant manipuli vestri, et se proster-
nebant manipulo meo (ο: manipuli vestri meum circum-
stantes eum venerabantur)!
 8. Et dixerunt ei fratres ejus: *numquid regnando regnabis in*
nos, an dōminando dominaberis in nos (ο: numquid te
nobis regnaturum, an vero in nos dominaturum putas)?
Et perrexerunt eo magis odio eum habere propter somnia
ejus et propter verba ejus (ο: cum ob somnia, tum prop-
terea quod ea narravit).
 9. Et somniauit iterum somnium aliud, et narravit illud fratri-
bus suis et dixit: *ecce somniavi somnium iterum: et*
ecce solem et lunam et undecim stellas prosternentes
se mihi (ο: videbam solem etc. me venerari)!
 10. Et narravit patri suo et fratribus suis, et increpuit (v. severe
reprehendit) eum pater ejus et dixit ei: *quid* (ο: quale
est) *somnium illud, quod somniasti? Num re vera*
(pr. veniendo) *veniemus ego et mater tua et fratres tui*
ad posternendum nos tibi in terram?
 11. Et inviderunt ei fratres ejus; at pater ejus servavit illud
verbum (ο: memoriae mandavit somnium ob eo narratum).
 12. Atque abierunt fratres ejus ad pascendum greges patris sui
apud Sichemum.
 13. Et dixit Israel Josepho: *nonne fratres tui pascunt apud*
Sichemum? Age, mittam te ad eos! Et dixit ei (Josephus):
ecce me (ο: paratus sum, qui tibi morem geram)!

Vers. varr. ¹⁾ Alii: versicolorem. Schumann: tunicam artificiose con-
textam.

14. Et dixit ei: *abi, quæso!* *Vide pacem fratrum tuorum et pacem gregum* (o: vide num fratres tui et greges salvi sint), *et refer mihi nuntium* (pr. verbum)! Et dimisit eum e valle Chebronis, et venit (Josephus) Sichemum.
15. Et invenit eum (o: ei occurrit) vir (aliquis), et ecce obravat (pr. oberrantem) in agro, et interrogavit eum hic vir, dicendo: *quid queris?*
16. Et dixit: *fratres meos ego quero. Indica, quæso, mihi, ubi illi pascant!*
17. Et dixit hic vir: *profecti sunt* (pr. castra moverunt) *hinc, nam audivi (eos) dicentes: abeamus Dothainam!* Et abiit Josephus post fratres suos et invenit eos in Dothane.
18. Et viderunt eum procul, et antequam adpropinquasset ad eos, machinati sunt contra eum, ut occiderent eum (v. prava consilia inierunt de eo occidendo).
19. Et dixerunt alter alteri (pr. vir fratri suo): *ecce! dominus somniorum* (o: ille, qui cerebra habet somnia, insomniator) *iste venit!*
20. Et nunc, agite, occidamus eum et projiciamus eum in unam cisternarum, et dicamus: *fera mala comedit* (o: devoravit) *eum!* *Et videbimus, quid futura sint* (o: quam habitura sint exitum) *somnia ejus!*
21. Et audivit (hoc consilium) Ruben, et eripuit (o: eripere studuit) eum e manibus eorum, et dixit: *ne percutiamus eum* (quod attinet ad) *animam* (o: ita ut vitam amittat i. e. ne eum occidamus)!
22. Et dixit illis Ruben: *ne effundatis sanguinem* (ejus)! *Dejicite eum in cisternam hanc, quæ (est) in deserto!* *Sed manum ne extendatis in eum* (o: ne vim ei inferatis)! (Ita locutus est), ut eriperet eum e manu eorum, ut reduceret eum ad patrem ejus.
23. Et factum est, cum venisset Josephus ad fratres suos, ut exuerent Josephum tunica ejus, tunica manicata et talaris, quæ super eo (erat o: qua indutus erat).
24. Et sumserunt eum et dejecerunt eum in cisternam, sed (fuit) haec cisterna inanis: nulla in ea aqua (fuit).
25. Et considerunt ad comedendum panem, et sustulerunt oculos suos et viderunt, et ecce catervam (v. caravanam) Ismaelitarum, venientem ex Gilead, et camelos eorum por-

tantes aromata ¹⁾ et opobalsum ²⁾ et ladanum ³⁾, euntes ad deferendum (hosce proventus) in Aegyptum.

26. Et dixit Juda fratribus suis: *quid lucri* (nobis erit), *si occidamus fratrem nostrum et occultemus sanguinem* (ɔ: cædem) *eius?*
27. *Agite, vendamus eum Ismaelitis, et manus nostra ne sit in eum* (ɔ: ab eo manus abstineamus)! *Nam frater noster* (est), *caro nostra* (ɔ: consanguineus) *ille.* Et audiverunt (ɔ: morem ei gesserunt) fratres ejus.
28. Et transierunt (ɔ: in eo erant, ut transirent) viri Midianitici, mercatores, et protraxerunt et extulerunt (fratres) Josephum e cisterna, et vendiderunt Josephum Ismaelitis vinti (siclis) argenti, et abduxerunt (Ismaelitæ) Josephum in Aegyptum.
29. Et rediit Ruben ad cisternam, et ecce! non erat Josephus in cisterna. Atque discidit (v. laceravit) vestes suas.
30. Et rediit ad fratres suos et dixit: *puer non est* ⁴⁾ (in cisterna)! *At ego, quo ego vadam* (ɔ: quo me convertam)?
31. Et sumserunt tunicam Josephi et mactarunt hircum caprinum (pr. caprarum), et tinxerunt tunicam in sanguine.
32. Et miserunt tunicam manicatam et talarem, et adulterunt ad patrem suum et dixerunt: *hanc invenimus. Inspice* ⁵⁾, *quæso, num tunica filii tui hæc* (sit), *an minus!*
33. Et agnovit eam et dixit: *tunica filii mei* (est); *fera mala devoravit eum, certe* (pr. dilaniando) *dilaniatus est Josephus!*
34. Atque laceravit Jacobus vestes suas, et posuit saccum in lumbis suis (ɔ: vestitum lugubrem induit), et luxit filium suum dies multos.
35. Et surrexerunt omnes filii ejus et omnes filiae ejus ad consolandum eum, sed recusavit, quomodo se consolaretur (ɔ: noluit consolationem admittere), et dixit: *descendam ad filium meum lugens in orcum!* Et deslevit eum pater ejus.

Vers. varr. ¹⁾ Alii: storaceum. *Gesenius:* gummi tragacanthi. ²⁾ Alii: theriacam. ³⁾ Alii: myrram. *Syrus:* terebinthum. *Michaelis:* pistaciam. ⁴⁾ Alii: mortuus est. ⁵⁾ Alii: agnosce!

DE36. At Midianitæ vendiderunt eum (deductum) in Aegyptum Potiphari, eunicho¹⁾ Pharaonis, principi satellitum²⁾.

Caput XXXVIII.

1. Et factum est tempore hoc, ut descendederet Juda a fratribus suis (o: meridiem versus profectus est), et divertit (pr. declinavit a via sua) ad (pr. usque ad) virum Adullamiticum, et nomen ejus (fuit) Chira.
2. Et vidit ibi Juda filiam viri Cananitæ, et nomen ejus (viri) Schua (erat), et duxit eam (in matrimonium) et intravit ad eam.
3. Et gravida facta est et peperit filium, et vocavit (Juda) nomen ejus *Er*.
4. Et gravida facta est iterum et peperit filium et vocavit nomen ejus *Onan*.
5. Et perrexit amplius (concipere o: denuo gravida facta est), et peperit filium et vocavit nomen ejus *Schela*. Et fuit (Juda) Chesibæ, cum pareret illa eum.
6. Et sumsit (o: elegit) Juda uxorem Ero, primogenito suo, et nomen ejus (erat) *Thamar*.
7. At erat *Er*, primogenitus Judæ, malus in oculis Jehovahæ (o: Jehovahæ displicuit), et interemit eum Jehovah (o: florente adhuc aetate mortuus est *Er*).
8. Et dixit Juda Onani: *intra ad uxorem fratris tui, et jure cognationis* (v. leviratus) *eam duc uxorem, et suscita semen fratri tuo* (o: prolem ei para, quæ nomen ejus gerat)!
9. At sciebat Onan, non sibi fore hoc semen (o: non suām fore prolem), et factum est, cum intraret ad uxorem fratris sui, ut corrumperet (sc. semen suum o: effunderet) in terram, ne daret semen (o: prólem pararet) fratri suo.
10. Et malum erat in oculis Jehovahæ, quod fecerat, et occidit etiam hunc.
11. Et dixit Juda Thamari, nurui suæ: *sede* (o: mane) *vidua* (in)

Verss. varr. ¹⁾ Alii: aulico, principi ministro. ²⁾ Alii: coquorum.

- domo patris tui, donec adoleverit Schela, filius meus.*
Nam dixit (secum): ne moriatur etiam hic, ut fratres
'eius. Et abiit Thamar et sedit (in) domo patris sui.
12. *Et multi fuerunt dies (o: longum praeterlapsum est tempus),*
tum mortua est filia Schuae, uxor Judae. Et consolatus
est se Juda et (o: finito Iuctus tempore) adscendit ad
tonsores gregis sui, ipse et Chira, amicus ejus Adulla-
mita, Thimnam.
13. *Et nuntiatum est Thamari dicendo: ecce! socer tuus adcen-*
dit Thimnam ad tondendum gregem suum.
14. *Et removit vestes viduitatis suae a se (o: vestes, quas viduae*
gestare solent, depositi), et velavit se peplo et se textit
et consedit in porta Enaim¹), quae (urbs) in via (sita est,
quae dicit) Thimnam. Nam videbat adolevisse Schelam,
et se non datam esse ei in uxorem.
15. *Et vidit eam Juda, et habuit eam meretricem, quia texerat*
faciem suam.
16. *Et divertit ad eam juxta viam et dixit: age, queso, intrabo*
ad te! Nam nesciebat, nurum ipsius esse. Et dixit
illa: quid dabis mihi, ut intres ad me?
17. *Et dixit (Juda): ego mittam hædum caprinum (pr. capra-*
rūm) de grege. Et dixit illa: si dederis pignus (s.
arrhabonem), donec miseris, (mei copiam tibi faciam).
18. *Et ille dixit: quid (est) pignus, quod dabo tibi (o: quale*
tibi pignus dabo)? Et illa dixit: annulus signatorius
tuus et funiculus² tuus (eui affixus erat annulus sig-
natorius) et scipio tuus, qui (est) in manu tua (o: quem
manu geris). Atque dedit (Juda) illi (hæc omnia), et in-
travit ad illam, et gravida facta est per eum.
19. *Et surrexit illa et abiit et removit peplum suum a se et*
induit vestes viduitatis suae.
20. *Et misit Juda hædum caprinum per manum amici sui Adul-*
*lamitæ, ut sumeret (o: reciperet) pignus e manu mulie-
 ris, sed non invenit eam.*
21. *Et interrogavit viros (o: incolas) loci illius, dicendo: ubi (est)*

Vers. varr. ¹⁾ Alii: in aditu ad duos fontes, aut: in apertione
 duorum fontium o: in loco, ubi gemini prorumpabant fontes. ²⁾ Alii: *suda-*
*rium. Vulg. *armillam*.*

*meretrix illa apud Enaim iuxta viam? Et dixerunt:
non fuit hic meretrix.*

22. Et rediit ad Judam et dixit: *non inveni eam, et etiam viri loci dixerunt: non fuit hic meretrix.*
23. Et dixit Juda: *sumet sibi* (o: habeat pignora), *ne simus contemtui* (v. Iudibrio)! *Ecce nisi hoedum hunc, et tu non invenisti eam.*
24. Et factum est circiter tribus mensibus post (pr. iuxta ternarium mensium), ut nuntiatum sit Judee, dicendo (o: hic nuntius ad Judam perveniret): *scortata est Thamar, nurus tua, et etiam ecce gravidam per scortationem* (o: ex scortatione gravida facta est)! Et dixit Juda: *educete eam, ut comburatur!*
25. Illa educebatur, et illa (o: cum jam ad supplicium educeretur,) misit ad sacerdotum suum dicendo (o: nuntium dicentem): *ex viro, cuius haec* (sunt), *ego gravida sum.* Et dixit: *contemplare, queso, cuius hic annulus signatorius et hic funiculus et hic scipio sint.*
26. Et agnovit Juda (pignora sua) et dixit: *justior est me* (o: causa ejus justior est quam mea), *priopterea quod¹⁾ non dedi eam Schelae, filio meo. Sed non perrexit amplius cognoscere eam* (o: non amplius cum ea congressus est).
27. Et factum est tempore, quo pareret illa (pr. tempore partus ejus), ut, ecce! gemelli (essent) in utero ejus.
28. Et factum est, cum pareret illa, ut exsereret (pr. daret) manum (unus gemeorum), et sumsit obstetrix (manum²⁾ infantis) et adligavit manui ejus coccineum filum (pr. coecum), dicendo: *hic exiit primum* (o: primogenitus existimandus est).
29. Sed factum est, cum retraheret (infans) manum suam, ut, ecce! exiret frater ejus, et dixit (obstetrix): *quid rupisti? Super³⁾ te (fiat) ruptura* (o: tibi imputetur haec

Vers. varr. 1) Winer (in Lex. p. 475): *nam ideo* (ut mihi culpan contraherem), *quemadmodum nunc intelligo, miser ego denegavi filio meo uxorem.* Schumann: *nam idecirco denegavi eam filio meo* i. e. quia illa me est integrior, sive, quia ego illa eram deterior, id egi, ut ei filium meum denegarem. 2) Alii: sumsit obstetrix filum coccineum idque adligavit etc. 3) Alii: *propter te fiet ruptura* o: quod nunc fecisti, indicio est, per te aliquando effectum iri rupturam.

eruptio, non mihi)! Et vocavit (Juda) nomen ejus **Perez** (o: *ruptura*).

30. Et postea exiit frater ejus, super cujus manu (erat) filum coccineum, et vocavit (Juda) nomen ejus **Serach** (o: *ortus*).

Caput XXXIX.

1. Atque Josephus deductus est in *Ægyptum*, et emit eum Potiphar, eunuchus Pharaonis, princeps satellitum, vir *Ægyptius*, e manu Ismaelitarum, qui deduxerant eum illuc.
2. Et fuit Jehova cum Josepho (o: ei favit), et fuit (o: ita ut fieret) vir prosperans (sc. viam suam o: ut omnia ei bene succederent), et fuit in domo domini sui *Ægyptii*.
3. Et vidi dominus ejus, Jehovahm (esse) cum eo, et omnia, quæ ille faceret, Jehovahm prosperare per manum ejus (o: prosperum successum omnium ei dare, quæ ille ageret).
4. Et invenit Josephus gratiam in oculis ejus (o: domini sui), et ministravit ipsi, et præposuit (Potiphar) eum domui suæ, et omne, quod erat ipsi, dedit in manum ejus (o: curæ ejus commisit).
5. Et factum est, ex quo præposuerat eum domui sue et omnibus, quæ erant ipsi, ut benediceret Jehovah domui *Ægyptii* propter Josephum, et fuit benedictio Jehovah in omnibus, quæ erant ipsi, in domo et in agro.
6. Et reliquit omnia, quæ (erant) ipsi, in manu Josephi (o: ei commisit), et non cognovit cum eo quidquam nisi panem, quem ipse comedebat*. Sed fuit Josephus pulcher forma et pulcher adspectu.

**Sensus:* facultates suas nihil curavit easque Josepho pro Iubitu administrandas tradidit; neque aliud curavit, quam ut cibum sumeret.

7. Et factum est post res hasce, ut tolleret uxor domini ejus oculos suos in Josephum, et diceret: *cuba mecum!*
8. Sed recusavit et dixit uxori domini sui: *ecce dominus meus non cognoscit mecum, quid (sit) in domo* (o: *res domesticas mihi traditas non curat*), *et omnia, que sunt ipsi, dedit in manum meam.*

9. *Nemo¹⁾ est major in domo hac, quam ego, et non prohibuit a me (ɔ: denegavit mihi) quidquam nisi te, propterea quod (pr. in eo quod) es uxor ejus. Et quomodo facerem malum magnum hoc (ɔ: tantum scelus committerem), et peccarem in Deum?*
10. *Et factum est, cum loqueretur ea cum Josepho quotidie, ut non audiret eam (ɔ: ei morem gereret) ad cubandum apud eam, ad versandum (ɔ: ad rem habendam) cum ea.*
11. *Et factum est die tali²⁾ (pr. juxta diem hunc), ut veniret in domum ad faciendum negotium suum, et non erat vir de viris domus (ɔ: nemo domesticorum) ibi in domo.*
12. *Et prehendit (mulier) eum veste ejus, dicendo: cuba tecum! Sed ille reliquit vestem suam in manu ejus et fugit et exiit foras.*
13. *Et factum est, cum vidisset illa, eum reliquisse vestem suam in manu ejus et fugisse foras,*
14. *Ut convocaret viros domus sue (ɔ: domesticos suos) et dice-ret illis, dicendo: videte! Adduxit (maritus meus) nobis virum Hebreum ad illudendum nobis. Venit (enim) ad me, ad cubandum tecum, at clamavi voce magna.*
15. *Et factum est, cum audiret ille, me elevare vocem meam et clamare, ut relinquere vestem suam apud me et fugeret et exiret foras.*
16. *Et depositus (v. servavit) vestem ejus apud se, donec veniret dominus ejus in domum suam.*
17. *Et locuta est ad eum secundum verba illa (ɔ: eodem modo, quo domesticos allocuta erat), dicendo: venit ad me ser-vus iste Hebreus, quem adduxisti ad nos, ad illudendum mihi.*
18. *Sed factum est, cum elevasset vocem meam et clamassem, ut relinquere vestem suam apud me et fugeret foras.*
19. *Et factum est, cum audisset dominus ejus verba uxor isue, quibus allocuta est ipsum, dicendo: secundum verba*

Verss. varr. 1) Alii: non est ipse major in domo hac quam ego. Schot-tus: nulla res in hac domo tanti est, ut eam aggredi nequeam. 2) Alii: die hac vel illa ɔ: aliquando.

- hæc (o: tali modo) fecit mihi (o: me tractavit) servus tuus, ut excandesceret ira ejus.*
20. Et sumsit dominus Josephi eum, et conjectit eum in domum castelli (o: carcerem munitum), locum, ubi captivi (pr. vineti) regis (o: illi, qui regem offenderant) erant vineti. Et fuit ibi in domo castelli.
21. Et fuit Jehova cum Josepho, et inclinavit ad eum benevolentiam et dedit gratiam ejus in oculis principis domus castelli (o: benevolentiam et favorem praefecti careeris ei conciliavit).
22. Et dedit praefectus domus castelli in manum Josephi omnes captivos, qui in domo castelli (erant), et omnia, quæ faciebant (pr. facientes se. erant) ibi, ille fuit faciens (o: quidquid ibi siebat, jussu ejus siebat; prorsus suberant captivi ejus auctoritatî).
23. Nec praefectus domus castelli vidi (o: curavit) ullam rem (pr. omne quidquam) in manu ejus (o: quod per illum ageretur), propterea quod Jehova cum eo (erat), et quidquid ille faciebat, Jehova prosperabat.

Caput XL.

1. Et factum est post res hasce, ut peccarent pincerna (v. pocillator) regis Ægypti et pistor in dominum suum, in regem Ægypti.
2. Atque iratus est Pharao in duos eunuchos suos, in praefectum pincernarum et in praefectum pistorum.
3. Et conjectit (pr. dedit) eos in custodiam domus¹⁾ praefecti satellitum (o: in carcerem, qui in ædibus praefecti satellitum erat), in domum castelli, locum, ubi Josephus vincitus erat.
4. Et adjunxit princeps satellitum Josephum illis (comitem s. constituit iis Josephum ministrum), et ministravit illis

Vers. varr. 1) Alii: in domum etc.

(ɔ: ut eorum curam ageret), et fuerunt per tempus aliquod (pr. dies se. complures) in custodia.

5. Et somniarunt somnium ambo illi, quisque somnium suum nocte una, quisque juxta interpretationem somnii sui (ɔ: ita ut eiususque somnium aptam interpretationem admitteret), pincerna et pistor regis Aegypti (pr. qui regi A. sc. erant), qui vinceti erant in domo castelli (ɔ: careere munito).
6. Et venit ad illos Josephus mane, et vidit eos et ecce eos tristes (pr. indignabundos, hl. vultu tristitiam præ se ferebant)!
7. Et interrogavit eunuchos Pharaonis, qui cum eo (erant) in custodia domus domini ejus, dicendo: *quare facies vestrae tristes* (pr. malæ) *hodie* (sunt)?
8. Et dixerunt ei: *somnium somniavimus, sed, qui interpretetur illud, non est* (ɔ: hic non adest). Et dixit eis Josephus: *nonne Deo*¹⁾ *interpretationes* (sunt ɔ: nonne Dei est, somnia interpretari)? *Narrate, quæso, mihi!*
9. Et narravit princeps pincernarum somnium suum Josepho, et dixit ei: *in somnio meo* (vidi), *et ecce vitem coram me* (ɔ: vitem coram me florentem vidi)!
10. Et in hac vite (erant) tres palmites, et ipsa quasi gemmans²⁾ (erat ɔ: gemmas emisit) adscendit(que) *flos ejus* (et) maturaverunt (v. ad maturitatem protulerunt) *racemi ejus uvas*.
11. Et poculum Pharaonis (erat) in manu mea, et sumsi uvas et expressi eas in poculum Pharaonis, et dedi (ɔ: tradidi) *poculum in manum Pharaonis*.
12. Et dixit ei Josephus: *haec est interpretatio ejus* (ɔ: somnii): *tres palmites tres dies sunt* (ɔ: significant).
13. Intra tres adhuc dies (pr. in adhuc tribus diebus) *tollat Pharaon caput tuum*³⁾, et reducat te super locum tuum (ɔ: pristinæ dignitati tuæ et muneri tuo te restituet), et *dabis poculum Pharaonis in manum ejus secundum morem*

Verss. varr. ¹⁾ Alii: *diis ɔ: nonne deorum est etc.* ²⁾ Alii: *et ipsa, cum effloresceret, adscendit etc.* ³⁾ Alii: *recordabitur Pharaon tui* Alii: *subducet rationem tuam.* Clericus: *caput tuum censebit.* Alii: *evehet te ex carcere.*

- priorem* (pr. *judicium prius* ɔ: *ex more priore*), *quod si fuisti pincerna ejus.*
14. *Sed¹⁾ recorderis mei tecum, cum bene fuerit tibi, et praestes, quæso, mihi benevolentiam* (v. *beneficium*) *et mentionem facias mei apud Pharaonem et educas me e domo hac!*
15. *Nam furto sublatuſ* (pr. *surripiendo surreptus*) *sum e terra Hebræorum, et etiam h̄ic non feci quidquam, cur posuerint me in hoc puteo* (v. *cisterna* ɔ: *cur in carecērem hunc subterraneum me conjecerint*).
16. *Atque vidit præfectus pistorum, eum bene* (ɔ: *jucunda et lœta*) *interpretatum esse, et dixit Josepho: etiam ego in somnio meo* (vidi), *et ecce tria canistra panis albi²⁾ in capite meo* (ɔ: *mihi videbar gestare*)!
17. *Et in canistro supremo* (fuit) *de omni cibo Pharaonis, (de opere pistoris* (ɔ: *pistorio*), *et aves comederunt ea de canistro de capite meo.*
18. *Et respondit Josephus et dixit: haec* (est) *interpretatio ejus* (sc. *somnii*): *tria canistra tres dies sunt.*
19. *Intra tres adhuc dies tollet Pharaon caput tuum desuper te* (ɔ: *capite te plecti jubebit*): *nimirum suspendet te in arbore* (ɔ: *patibulo*), *et comedent aves carnem tuam de te.*
20. *Et factum est die tertio, die natali Pharaonis* (pr. *die, quo pepererunt Pharaonem* ɔ: *quo natus est parentibus*), *ut faceret convivium omnibus servis* (v. *ministris, aulicis*) *suis; tum sustulit caput præfecti pincernarum et caput præfecti pistorum in medio servorum suorum:*
21. *Nimirum reduxit præfectum pincernarum ad potum suum* (ɔ: *denuo præfecit eum potui suo* ɔ: *rei potatoriaæ curam et pocillandi officium ei denuo tradidit*), *et tradidit* (pin cerna) *poculum in manum Pharaonis.*

Vers. varr. 1) Alii: *tantum.* Schumann et Rosenmüller: *quod si me aliquando memoriam recoles, cum te bene habes: mihi cupias, ita ut apud Pharaonem mei facias mentionem etc.* 2) Alii: *canistra candoris* ɔ: *mundissima.* Alii: *canistra perforata, reticulata s. canistra foraminosi operis.*

22. Sed præfectum pistorum suspendit, quemadmodum interpretatus erat illis Josephus.
 23. At non recordatus est præfector pincernarum Josephi, sed oblitus est ejus.
-

Caput XLI.

1. Et factum est a fine biennii dierum (ο: toto biennio præterlapso), ut Pharao somniaret, et ecce stantem (ο: stare sibi videbatur) prope Nilum!
2. Et ecce e Nilo adscendentes septem vaccas (v. juvencas), puleras adspectu et pingues carne (ο: septem vaccæ etc. in ripam adscendebant), et pascebant in ulva¹⁾.
3. Et ecce septem vaccas alias adscendententes post illas e Nilo, malas adspectu et tenues carne (ο: macras), et steterunt juxta illas vaccas in ripa Nili.
4. Atque comederunt (ο: devorarunt) vaccæ, malæ adspectu et tenues carne, septem vaccas, puleras adspectu et pingues. Et evigilavit (v. exergesfactus est) Pharao.
5. Et obdormivit et somniavit iterum, et ecce septem spicas adscendententes (ο: in altum crescentes) in culmo uno, pingues et bonas!
6. Et ecce septem spicas tenues et adustas Euro progerminantes post illas!
7. Et devorarunt spicæ tenues septem spicas pingues et plenas. Et exergesfactus est Pharao, et ecce somnium (fuit)!
8. Ac factum est mane, ut perturbatus esset animus ejus. Et misit et advocavit omnes sacrarum scripturarum peritos (ο: θεογραμματεῖς)²⁾ Aegypti et omnes sapientes ejus, et narravit Pharao illis somnium suum, at non (erat), qui interpretaretur (ο: interpretari posset) ea (ο: somnia) Pharaoni.
9. Et adlocutus est præfector pincernarum Pharaonem, dicendo: *peccatorum meorum ego memor sum hodie.*

Verss. varr. ¹⁾ Alii: in prato. *Vulg.* in locis palustribus ²⁾ *Vulg.* conjectores. LXX: ἐξηγητὰς.

10. *Pharao iratus fuit in servos suos, et dedit me in custodiam* (ο: custodiae me tradidit) *domus praefecti satellitum, me et praefectum pistorum.*
11. *Et somniavimus somnium nocte una, ego et ille, quisque secundum interpretationem somniū sui somniavimus.*
12. *Atque ibi nobiscum (fuit) juvenis Hebreus, servus praefecti satellitum, et narravimus ei, et interpretatus est nobis somnia nostra, cuicunque secundum somnum suum (ο: pro arguento somniī) interpretatus est.*
13. *Et factum est, quemadmodum interpretatus erat nobis, ut ita fieret (ο: eveniret): me reduxit ad locum meum et illum suspendit (ο: me muneri restituendum esse, illum vero suspendendum praedixit).*
14. *Et misit Pharao et vocavit Josephum, et festinanter eduxerunt eum (pr. currere eum fecerunt) e carcere (pr. cisterna), et rasit sibi (capillos et barbam), et mutavit vestes suas, et venit ad Pharaonem.*
15. *Et dixit Pharao Josepho: somnium somniavi, at, qui interpretetur (ο: interpretari possit) illud, non adest. Sed ego audivi de te, dicendo (ο: hoc audī vi de te): audies somnium, ut interpreteris illud (ο: te, simulacrum audiveris somnium, statim illud interpretari posse).*
16. *Et respondit Josephus Pharaoni, dicendo: nihil ad me (sc. hoc pertinet ο: ego neutquam hoc possum)¹⁾, Deus (vero) respondebit salutem (ο: salutaria indicabit) Pharaoni.*
17. *Et locutus est Pharao ad Josephum: in somnio meo (hoc vidi): ecce me stantem prope ripam Nili (ο: stare mihi videbar ad etc.)!*
18. *Et ecce e Nilo adscendentes septem vaccas, pingues carne et pulcras forma! Et pascebant in ulva.*
19. *Et ecce septem vaccas alias adscendententes post illas, macras et malas forma (ο: deformes) admodum et macras carne! Non vidi ut illas (ο: nunquam vidi similes illis) in tota terra Aegypti, quoad deformitatem.*
20. *Et comedenterunt (ο: devorarunt) vaccæ macræ et malæ (ο: deformes) septem vaccas priores pingues.*

Vers. varr. ¹⁾ Hieronymus: sine me Deus respondebit etc.

21. *Et intrarunt in viscera (ο: ventrem) earum, at non cognitum est, quod intrassent in ventrem earum (ο: non apparebat, eas devorasse istas), nam adspectus earum (fuit) malus (ο: deformis), sicut initio (fuerat). Atque expergefactus sum.*
22. *Et vidi in somnio meo, et ecce septem spicas adscendentles in culmo uno, plenas et bonas!*
23. *Et ecce septem spicas steriles¹⁾, tenues, adustas Euro, progerminantes post illas!*
24. *Et devorarunt spicæ tenues septem spicas bonas. Atque dixi (ο: exposui haec somnia) sacrarum scripturarum peritis, at non adest, qui indicet mihi (interpretationem eorum ο: qui mihi somn'a mea explicare valeat).*
25. *Et dixit Josephus Pharaoni: somnium Pharaonis unum est (ο: ejusdem significationis, unum cundemque indigitat eventum): quod Deus facturus sit, indicavit Pharaoni.*
26. *Septem vaccæ bonæ (ο: pingues) septem anni (boni) sunt (ο: septem annos fertilitatis designant), et septem spicæ bonæ septem anni sunt: somnium unum est.*
27. *Et septem vaccæ macræ et malæ (adspectu), adscendentles post illas, septem anni sunt, et septem spicæ inanæ, adustæ Euro, erunt septem anni famis (ο: significant septem annos annis fertilitatis successuros).*
28. *Hæc (est) res, quam (initio statim) dixi Pharaoni: quod Deus facturus sit, ostendit Pharaoni.*
29. *Ecce septem annos venientes (ο: anni septem venturi sunt), (quibus) satietas (ο: annonæ copia) magna (erit) in tota terra Ægypti!*
30. *Et surgent septem anni famis post illos (ο: illis deinde succedent septem anni famis), et oblivioni tradetur omnis illa satietas (ο: abundantia, ubertas) in terra Ægypti, et consumet fames terram (ο: homines terræ).*
31. *Et non cognoscetur ista ubertas (ο: nullum hujus ubertatis vestigium restabit) in terra propter famem, illam postea (orituram), nam gravis erit admodum.*
32. *Et quod iteratum est somnium (pr. super iterari somnum) Pharaoni duabus vicibus, (ideo factum est), quia firma*

Verss. varr. 1) Alii: jejunas, mæcie confectas. Alii: confractas.

est hæc res a Deo, et accelerat Deus facere eam (o: quia hoc somnium bis vidisti, indicatur, rem certam Deo et deliberatam esse simulque mox eventuram).

33. *Et nunc circumspiciat Pharaon virum intelligentem et sapientem, et præponat eum (annoæ curandæ causa) terræ Ægypti!*
34. *Faciat¹⁾ Pharaon (o: deinde hoc agat Pharaon), et præficiat (o: ut constituant) præfectos terræ (o: curatores rei frumentariae), et quintet²⁾ terram Ægypti (o: quintam frumentum partem in terra Ægypti exigat) per septem annos ubertatis!*
35. *Et colligant omnem cibum annorum bonorum, qui venturi sunt, et coacercent frumentum sub manu Pharaonis (o: ejus potestati tradant) cibum (o: in cibum) in urbis et custodiant!*
36. *Et sit hic cibus (o: hæc frumenti copia) in depositum (o: repositus sit) terræ in septem annos famis, qui erunt in terra Ægypti, et non exscindetur terra (o: non peribunt incolæ) fame.*
37. *Et bonum erat hoc verbum in oculis Pharaonis et in oculis omnium servorum ejus (o: hoc consilium et regi et ministris ejus placuit).*
38. *Et dixit Pharaon ministris suis: num inveniemus virum ut hunc (o: hnic similem), in quo (sit) spiritus Dei?*
39. *Et dixit Pharaon Josepho: quum indicaverit Deus tibi omnia hæc, non est (o: nemo est) intelligens et sapiens sicut tu.*
40. *Tu præeris domui meæ (pr. eris super dominum meam), et ad os tuum se componet (o: mandatis tuis se submitat)³⁾ omnis populus meus! Tantum solium (quod attinet), major ero te (o: solam regiam dignitatem mihi servo).*
41. *Et dixit Pharaon Josepho: ecce! præficio te omni terræ Ægypti (pr. dedi te super totam terram Ægypti o: summum post me regni administratorem te constituio).*
42. *Et detraxit Pharaon annulum signatorium sumum de manu*

Verss. varr. 1) Alii: sequatur hoc consilium. 2) Alii: in quintas partes dividat terram. 3) Alii: super os tuum figet osculum, aut: osculo ori infixo te venerabitur. Alii: juxta os tuum discursabit o: juxta præceptum tuum negotia instituet et agat. Alii: te imperante arma sumet totus populus.

sua et imposuit eum manu Josephi, et induit eum vestibus byssinis et imposuit torquem auream (pr. auri) collo ejus.

43. Et vehi jussit eum in curru secundo (pr. ordinis secundi ɔ: qui ordine secundus erat), qui (erat) ipsi, et clamarunt ante eum (præcones): *Abrech* (ɔ: inclinet se quisque s. inclinate caput!¹⁾), et *præficiete*²⁾ eum toti terræ Ægypti (ɔ: præfectum Ægypti eum agnoscite)!
44. Et dixit Pharao: *ego Pharao* (ɔ: ego sum rex), et sine te non elevabit quisquam (pr. vir) manum suam et pedem suum in tota terra Ægypti (ɔ: sine tua voluntate nemo ne manum quidem aut pedem movere debet).
45. Et vocavit Pharao nomen Josephi *Zaphnathpaneach* (ɔ: servator mundi³⁾), et dedit ei Asnatham (q. d. Minervæ cultricem), filiam Potipheræ, sacerdotis *On* (ɔ: Heliopoleos), in uxorem. Et exiit Josephus per terram Ægypti (sc. munus sibi demandatum administraturus).
46. Et Josephus natus (erat) triginta annos, cum staret ille coram facie Pharaonis, regis Ægypti, et exiit Josephus a facie Pharaonis et transiit per totam terram Ægypti.
47. Et produxit (pr. fecit) terra per septem annos ubertatis ad manipulos (ɔ: fruges largissimas).
48. Atque collegit (Josephus) omnem cibum (ɔ: annonam, commeatum) septem annorum, qui erant in terra Ægypti, et depositus (v. condidit) cibum in urbibus, cibum (inquam) agri urbis, qui (erat) circum eam, depositus in medio ejus (ɔ: enjusque urbis annonam ex agris ejus in urbem inferrandam curavit).
49. Et coacervavit Josephus frumentum sicut arenam maris, multum admodum, donec desineret numerare, nam non (erat) numerus (ɔ: tantam multitudinem frumenti coacer-vavit, ut numerari vel indicari non posset).
50. Et Josepho natū sunt (pr. natum est ɔ: nata est proles, nempe) duo filii, antequam veniret annus famis, quos perperit ei Asnatha, filia Potipheræ, sacerdotis *On* (ɔ: He-liopoleos).

Vers. varr. ¹⁾ Alii: *pater et princeps!* Alii: *pater regis!* ²⁾ Alii: *præficio eum.* Alii: *sic præfecit eum sc. Pharao etc.* ³⁾ Alii: *arcanorum revelator v. interpres.*

51. Ac vocavit Josephus nomen primogeniti **Menasse** (ο: obli-
vioni tradentem): nam (inquit) *oblivisci me fecit Deus*
omnis laboris (ο: ærumnæ et miseriæ) *mei et totius*
domus patris mei.
52. Et nomen secundi (filii) vocavit **Ephraim** (ο: fecunditatem
geminam): nam (inquit) *fecundum me fecit Deus in*
terra afflictionis meæ (ο: sobolem mihi dedit Deus in
terra, in qua tot mala perpessus sum).
53. Et peracti sunt septem anni ubertatis, quæ fuit in terra
Ægypti.
54. Et incepérunt septem anni famis venire, quemadmodum
dixerat Josephus, et erat fames in omnibus terris (viciis),
sed in universa terra Ægypti erat panis (ο: annona).
55. Et esurīt universa terra Ægypti, et clamavit populus ad
Pharaonem de pane, et dixit Pharao omnibus Ægyptiis:
abite ad Josephum! Quod dixerit vobis, facietis.
56. Et exstitit fames in tota superficie terræ, et aperuit Josephus
omnia, in quibus (erat frumentum ο: omnia horrea ape-
ravit)¹⁾, et annonam vendidit Ægypto (ο: Ægyptiis). Et
ingravesciebat fames in terra Ægypti.
57. Et tota terra (ο: omnium regionum homines) venerunt in
Ægyptum ad annonam emendam, ad Josephum, quia
gravis erat fames in universa terra.

Caput XLII.

1. Atque vidit Jacobus esse frumentum in Ægypto, et dixit
Jacobus filiis suis: *quare vos invicem intuemini* (ο: quid
moras nectitis)?
2. Et dixit: *ecce! audivi esse frumentum in Ægypto. De-
scendite illuc, et emite annonam nobis inde, et vivemus
et non moriemur!*

Verss. varr. 1) Alii: omnia sc. horrea, quæ erant in illis ο: apud
Ægyptios.

3. Et descendenterunt fratres Josephi decem ad emendum frumentum ex Aegypto.
4. Sed Benjaminum, fratrem Josephi, non misit Jacobus cum fratribus ejus; nam dixit: (vereor), ne occurrat ei *damnum* (o: ne quid mali ei accidat).
5. Et venerunt filii Israelis ad emendum annonam in medio venientium (o: una cum aliis, qui eo profecti sunt), nam exstitit fames in terra Canaanis.
6. Et Josephus fuit dominator super terra (o: praefectus terræ); ille vendidit annonam omni populo terræ, et venerunt fratres Josephi et se prostraverunt ei facie in terram.
7. Et vidit Josephus fratres suos et agnovit eos, at peregrinum se gessit erga eos (o: alienum se simulavit), et locutus est cum illis dura (o: aspere eos alloquutus est) et dixit eis: *unde venistis?* Et dixerunt: *e terra Canaanis ad emendum cibum.*
8. Atque agnovit Josephus fratres suos, sed illi non agnoverunt eum.
9. Et recordatus est Josephus somniorum, quæ somniaverat de illis, et dixit illis: *exploratores estis!* *Ad videndum nuditatem* (o: loca præsidiis nuda et minus munita) *hujus terræ venistis.*
10. Et dixerunt ei: *minime, domine mi!* *Sed servi tui venerunt ad emendum cibum.*
11. *Omnes nos filii unius viri sumus, recti* (o: viri bonæ fidei, probi) *sumus. Minime sunt servi tui exploratores.*
12. At dixit illis: *minime!* *Nam nuditatem hujus terræ venistis spectatum.*
13. Et dixerunt: *duodecim servi tui fratres sumus, filii viri unius in terra Canaanis.* *Et ecce! minimus (natu) apud patrem nostrum hodie (versatur, adhuc domi est), et unus non est (o: mortuus est).*
14. Et dixit illis Josephus: *id ipsum (est), quod locutus sum ad vos* (o: quod vobis jam dixi), *dicendo: exploratores estis.*
15. *In hoc* (o: *hae ratione*) *probabimini* (v. probati mihi eritis): *per vitam Pharaonis! non exhibitis ex hoc (loco), nisi quum venerit frater vester minimus (natu) hue!*
16. *Mittite e vobis unum, et sumet* (o: qui secum ducet) *fratrem*

vestrum! At vos (ceteri) ligati eritis (o: interim in vinculis retinebimini), et probabuntur verba vestra, num veritas vobiscum (sit o: num vera mihi narraveritis). Sin minus, per vitam Pharaonis! profecto exploratores estis.

17. *Et congregavit (o: conjectit) eos in carcerem tres dies.*
18. *Et dixit illis Josepho die tertio: hoc facite et vivite (o: si vitam servare vultis, hoc facite)! Deum ego veneror (o: reverentia religiosa ductus ab omni injuria, vobis infrena, me abstinebo).*
19. *Si probi estis, frater vester unus (o: unus ex vobis fratribus) vincetus erit in domo custodiae vestrae (o: ubi vinceti fuistis hosce tres dies). At vos proficisci minui, adferte frumentum famis ¹⁾ domuum vestrarum (o: frumentum ad famem, qua laborat familia vestra, levandam)!*
20. *Et fratrem vestrum minimum (natu) adducetis ad me, et vera habebuntur verba vestra, et non moriemini! Atque fecerunt ita.*
21. *Et dixerunt alter alteri (pr. vir fratri suo): sane, rei sumus (v. culpam contraximus) propter fratrem nostrum, cuius animae angorem vidimus, cum supplicaret nobis (v. misericordiam nostram imploraret), sed non audivimus! Quamobrem venit super nos angor hic (o: auxietatem hanc sentimus).*
22. *Et respondit Ruben illis, dicendo: nonne dixi vobis, dico: ne peccatis in puerum? At non audivistis, et profecto sanguis ejus, ecce (o: nunc), reposcitur (o: nunc poenam luimus ob decretam ejus eadem)!*
23. *Et illi nesciebant, intelligere (pr. audire) Josephum (verba ipsorum), nam interpres inter eos (aderat o: per interpretem locutus erat cum illis).*
24. *Et avertit se ab illis et ploravit et rediit ad eos et locutus est ad eos et sumxit ex illis (o: comprehendi e mediis fratribus jussit) Simeonem et ligavit eum (v. vinculis constringi jussit) coram oculis eorum.*

Verss. varr. 1) Alii: frumentum, famem domum vestrarum o: frumentum, quod allatum familiae vestrae vehementer cupiunt, quod vestri per quam appetunt ad medendum inopie domesticae. Ita Schumann.

- ¶ 25. Et præcepit Josephus, ut implerent (servi ipsius) vasa eorum frumento et reponerent (pr. ad reponendum) argentum eorum enjusque in sacco suo, et darent (pr. ad dandum) illis commeatum in iter (ɔ: quo in itinere uterentur). Atque fecit illis ita.
- ¶ 26. Et sustulerunt frumentum suum in asinos suos et prosecti sunt inde.
- ¶ 27. Et aperuit unus (eorum) saccum suum, ut daret pabulum asino suo in diversorio, et vidi argentum suum, et ecce illud in ore sacci ipsius!
- ¶ 28. Et dixit fratribus suis: *repositum est argentum meum, et etiam ecce in sacco meo (est)!* Et exiit cor eorum (ɔ: valde perturbati sunt), et trepidarunt alter ad alterum (ɔ: trepidi alter ad alterum se converterunt), dicendo: *quare hoc fecit Deus nobis?*
- ¶ 29. Atque venerunt ad Jacobum, patrem suum, in terram Canaanis, et indicarunt (v. narrarunt) ei omnia, quæ occurrerant (ɔ: evenerant) ipsis, dicendo:
- ¶ 30. *Locutus est ille vir, dominus (ɔ: præfectus) illius terræ, nobiscum dura (ɔ: duris verbis), et tractavit nos (pr. dedit nos) ut exploratores terræ.*
- ¶ 31. *Et diximus ei: probi sumus, non sumus exploratores.*
- ¶ 32. *Duodecim sumus fratres, filii patris nostri (ɔ: unius ejusdemque patris); unus (e nobis) non est (ɔ: mortuus est), et minimus (natu) hodie apud patrem nostrum in terra Canaanis (versatur).*
- ¶ 33. *Et dixit nobis ille vir, dominus terræ: ex (pr. in) hoc cognoscam, probos esse vos: fratrem vestrum unum relinquite apud me, et famem (ɔ: frumentum ad levandam famem) domum (ɔ: familiarum) vestrarum accipite et abite!*
- ¶ 34. *Et adducite fratrem vestrum minimum (natu) ad me! Et cognoscam, non exploratores vos (esse), sed probos vos. Fratrem vestrum reddam vobis, et hanc terram circumibitis (ɔ: terram peragrare ad frumentum emendum vobis licebit)!*
- ¶ 35. Atque factum est, cum illi evacuarent saccos suos, ut esset enjusque crumena argenti in sacco ipsius (pr. factum est, ipsi evacuantes sc. erant saccos suos et ecce vir crumena

- argentii sui in sacco suo se. erat). Et viderunt crumenas argenti sui, ipsi et pater ipsorum, et timuerunt.
36. Et dixit illis Jacobus, pater eorum: *me (liberis meis) orbatis: Josephus non est (o: mortuus est), et Simeon non est (o: actum est de eo), et Benjaminum sumetis (o: am me divellere vultis). Super me fuit haec omnia (o: militi accidunt omnia mala)!*
37. Et dixit Ruben patri suo, dicendo: *duos filios meos occidess (o: occidendos tibi tradam), si non reduxero eum ad te. Da eum in manum meam (o: curae meae eum committe), et ego reducam eum ad te!*
38. At dixit: *non descendet filius meus vobiscum (in Aegyptum). Nam frater ejus mortuus est, et ille solus relictus est (ex matre sua superstes). Atque occurret (o: accidet) ei damnum in via, qua incedetis, et demittetis canos meos praे moerore in sepulcrum (v. in Orcum).*
Sensus: si huic in itinere aliquid adversi acciderit, ego jam senex præ dolore morerer vestra culpa.

Caput XLIII.

1. Sed fames (interea) gravis fuit in terra.
2. Et factum est, cum absolvissent comedere (o: plane comedissent) frumentum, quod adtulerant ex Aegypto, ut dicceret illis pater eorum: redite, emite nobis aliquantulum eibi (o: denuo nonnihil annonæ emite)!
3. Et dixit ei Iuda, dicendo; *testando testatus est nobis (o: gravissime nobis declaravit) ille vir, dicendo: non videbitis faciem meam, nisi frater vester vobiscum (huc) venerit!*
4. *Si (igitur) missurus sis (v. mittere volueris) fratrem nostrum nobiscum, descendemus (in Aegyptum) et ememus tibi cibum.*
5. *Sin vero nolueris (eum nobiscum) mittere, non descendemus; nam ille vir dixit nobis: non videbitis faciem meam, nisi frater vester vobiscum (huc) venerit).*

6. Et dixit Israel: *quare male egistis mihi* (ο: in me), *inducando illi viro, adhuc vobis fratrem* (esse)?
7. Et dixerunt: *interrogando* (ο: graviter) *interrogavit ille vir de nobis et de cognatione* (v. *familia nostra*), *dicendo: num adhuc pater vester vivus* (est)? *Num est vobis frater?* *Et indicavimus ei ad os verborum illorum* (ο: prouti a nobis quæsiverat, vera ei narravimus). *Num sciendo* (ο: certe) *sciremus* (ο: scire poteramus), *dicturum esse eum: deducite* (huc) *fratrem vestrum?*
8. Et dixit Juda Israeli, patri suo: *mitte puerum mecum!* *Tum surgemus et abibimus et vivemus et non moriemur, et nos et tu et infantes nostri.*
9. *Ego spondebo* (ο: vadem me do) *pro eo: e manu mea reponces eum.* *Si non reduxero eum ad te et collocavero eum coram te, tum peccavi adversus te omnes dies* (ο: per totam vitam culpam peccati in te commissi sustinebo, ac tanquam injurium in te tractari me sinam)!
10. *Nam, nisi cunctati fuissemus, profecto nunc rediissemus jam duabus vicibus* (ο: semel iterumque rediissemus)!
11. Et dixit illis Israel, pater eorum: *si ita prorsus est* (ο: si evitari non potest), *hoc facite: sumite de celebratis proventibus* (pr. de cantico) *hujus terræ in vasis vestris, et deportate ad illum virum donum: aliquantulum oportbalsami¹) et aliquantulum sapæ²)* (ο: mellis ex uvis passis decocti), *aromata³) et ladanum⁴), pistacia⁵) et amygdalas⁶).*
12. *Et argentum aliud⁷)* (pr. *argentum iterationis* ο: novam pecuniam) *sumite in manu vestra, et argentum illud repositum* (ο: quod repositum erat) *in ore saccorum vestrorum reportabitis in manu vestra.* *Fortasse error est.*
13. *Et fratrem vestrum sumite, et surgite, redite ad illum virum!*
14. *Et Deus omnipotens det* (ο: conciliet) *vobis misericordiam coram facie hujus viri, ut dimittat vobis fratrem vestrum alterum et Benjaminum!* *Et ego* (interea), *quem-*

Verss. varr. ¹⁾ Vide p. 105. ²⁾ Veteres omnes: *mel* (apum). Alii: *sucum ex daetylis palmarum decoctum, intelligunt.* ³⁾ Vide p. 105. ⁴⁾ Vide p. 105. ⁵⁾ LXX: *terebinthum.* ⁶⁾ LXX: *κάρπα nuces.* ⁷⁾ Alii: *argentum duplex,*

- admodum orbatus fui, orbatus ero* (ο: ut jam saepius orbatus fui hoc vel illo liberorum meorum, sic nunc usque ad redditum vestrum omnibus orbatus vivam).
15. Atque sumserunt viri domum illud, et alterum argentum sumserunt in manu sua et Benjaminum, et surrexerunt et descenderunt in Aegyptum et steterunt coram facie Josephi.
16. Et vidit Josephus cum illis Benjaminum et dixit illi, qui super domo ejus (erat ο: dispensatori domus sue): *introduce hosce viros in domum, et macta pecudes* (convivio parandas) *et para!** *Nam mecum comedent hi viri meridie* (ο: meum prandebunt).
- *Proprie: *mactare mactationem et para*, inf. pro imp.
17. Et fecit hic vir, quemadmodum dixerat Josephus, et introduxit vir viros in domum Josephi.
18. Et timuerunt vires, quod introducerentur in domum Josephi, et dixerunt: *propter argentum reversum* (pr. propter negotium argenti reversi) *in saccos nostros* (ο: ob argentum illud, quod in saccis nostris repositum erat) *initio* (ο: cum prima vice in Aegyptum profecti essemus), *noscere introducimur, ut devolvat se in nos et ut impetum faciat in nos* (ο: ut occasionem habeat ad nos male tractandos) *et ut sumat nos in servos et asinos nostros* (ο: ut unacum asiniis nostris retinere nos possit in servitute).
19. Et adpropinquarunt ad virum, qui praepositus erat domum Josephi, et locuti sunt ad eum ad januam domus.
20. Et dixerunt: *pace tua* (pr. cum petitione s. petendo, obsecrando se. te adimus)¹⁾, *domine mi!* Certe (pr. descendendo) *descendimus prima vice ad emendum cibum*.
21. *Et factum est, cum venissemus in diversorium et aperuissemus saccos nostros, ut esset* (pr. et ecce) *argentum cuiusque in ore sacci ipsius, argentum nostrum in* (ο: pro) *pondere suo, et retulimus illud in manu nostra*.
22. Atque argentum aliud (ο: pecuniam novam) deportavimus in manu nostra ad emendum cibum. Nescimus, quis posuerit argentum nostrum in saccis nostris.

Ferss. varr. 1) Alii: *per me i.e. per vitam meam obsecro*. Alii: *in me ο: in me dominare, tuum in me dominum agnosco*.

- .823. Et dixit: *pax vobis* (o: bono estote animo)! Ne timeatis! *Deus vester et Deus patris vestri dedit vobis thesaurum in sacris vestris. Argentum vestrum venit ad me.* Et eduxit ad eos Simeonem.
- .824. Et introduxit hic vir illos viros in domum Josephi, et dedit (illis) aquam, ut lavarent pedes suos, et dedit pabulum asinis eorum.
- .825. Et pararunt donum (o: ordine proposuerunt singula dona), donec veniret Josephus meridiē, nam audiverant, se ibi comedustros esse panem (o: cibum capturos esse).
- .826. Et venit Josephus in domum, et adulterunt ei donum, quod (erat) in manu ipsorum, in domum, et prostraverunt se ei in terram.
- .827. Et interrogavit eos de pace (o: valetudine eorum s. num valerent), et dixit: *num pax* (est) *patri vestro seni* (o: num valet pater vester senex), *de quo dixistis? Num adhuc vivus* (est)?
- .828. Atque dixerunt: *pax* (est) *servo tuo, patri nostro* (o: valet servus tuus pater noster). *Adhuc ille vivus* (est). Et inclinarunt se et prostraverunt se.
- .829. Et sustulit oculos suos et vidit Benjaminum, fratrem suum, filium matris suae (o: fratrem suum uterum), et dixit: *num hic* (est) *frater vester minimus* (natu), *de quo dixistis mihi?* Et dixit: *Deus propitius sit tibi, fili mi!*
- .830. Et festinavit Josephus, nam incalauerunt viscera ejus (o: intimo amore commotus est animus ejus) erga fratrem ejus, et quæsivit ad plorandum (o: locum, ubi plorare posset), et intravit conclave et ploravit ibi.
- .831. Et lavit faciem suam et exiit et vim sibi fecit (o: se continuit) et dixit: *adponite panem* (o: cibum)!
- .832. Atque adposuerunt ipsi seorsim et illis seorsim et Aegyptiis comedentibus cum ipso seorsim, quia non possunt Aegyptii comedere cum Hebraeis panem (o: coenare, cibos capere), nam res abominabilis est Aegyptiis.
- .833. Et sederunt coram ipso, primogenitus secundum primogenituram suam et minor (natu) secundum minorem suam aetatem (pr. parvus secundum parvitatem suam)*, et obstupuerunt viri alter ad alterum (se. conversus o: stupentes se invicem intuiti sunt).

**Sensus:* sederunt eo ordine, quo nati erant, ita ut natu maximum exciperet natu minor.

34. Et tulit (o: ferri jussit) portiones (o: singula fercula) a facie sua ad illos, et magna fuit portio Benjamini præ portiōnibus omnium quinque partibus*. Atque biberunt et incibriati sunt (o: liberaliter, largiter potarunt) apud eum.

**Sensus:* Josephus fercula ex cibis ipsi adpositis de mensa sua ad fratres adferri jussit et inter eos aequaliter distribui; Benjamini contra de quoque ferculo tantum adpositum est, ut partes fratribus oblatae quinques superaret, quod factum est vel honoris causa, vel ut, quo maxime delectaretur cibo, eodem potissimum frueretur.

Caput XLIV.

1. Tum præcepit ei, qui præpositus erat domui ipsius (o: dispensatori domus suæ) dicendo: *imple saccos horum virorum cibo* (o: annona), *quemadmodum* (o: quantum) *poterunt portare, et pone argentum cujusque in ore sacci ejus!*
2. *Et poculum meum, poculum argenteum* (pr. argenti), *pone in ore sacci minimi* (natu), *et argentum frumenti ejus* (o: pecuniam, quam pro frumento solvit). Et fecit (dispensator) juxta verbum Josephi, quod locutus erat.
3. Mane illuxit et (o: cum prima luce) viri dimissi sunt (v. discesserunt), ipsi et asini eorum.
4. Illi egressi sunt urbe; non (autem) procul abierant, tum Josephus dixit ei, qui præpositus erat domui ipsius: *surge, persequere illos viros et assequeris eos et* (o: ubi eos assequutus fueris) *dices illis: cur remunerati estis (v. rependistis) malum pro bono?*
5. *Nonne id* (sc. vobis) *est, aut: furati estis, ex quo (pr. in quo) bibit dominus meus et per quod*¹⁾ (pr. de quo) *babit dominus meus et per quod*¹⁾ (pr. de quo).

Verss. varr. 1) Schumannus ellipsis h̄c adesse negat, totum versum ita reddens; nonne de eo, in quo bibit dominus meus et per quod idem dirinare solet, male egistis quod fecistis (habt ihr nicht an dem, woraus mein Herr trinkt und auch zu weissagen pflegt, übel gethan, was ihr gethan habt)? nonne poculo domini mei facinus patrastis? Alii, qui negant in textu esse

augurando auguratur (ɔ: augurari solet)*? *Male fecistis,*
quod fecistis (ɔ: sane admodum improbe fecistis).

**Sensus: nonne calicem domini mei, ex quo viuum solet bibere, et quod ad vaticinandum et divinandum adhibet, surripuitis?* Sermo abruptus est; tantum leviter furtum innuit Josephus, ut videret, quomodo se illi mota hujus criminis suspicione præberent.

6. Et assequutus est eos (dispensator), et locutus est ad eos verba illa.
7. Et dixerunt ei: *quare loquitur dominus meus secundum verba ista* (ɔ: hoc modo)? *Absit a* (pr. ad profana! profanum sit) *servis tuis facere secundum verbum hoc* (ɔ: absit, ut tale facinus committere auderent servi tui)!
8. *Ecce argentum, quod invenimus in ore saccorum nostrorum, retulimus ad te e terra Canaanis!* Et quomodo furati essemus e domo domini tui argentum vel aurum?
9. *Apud quem inventum fuerit de servis tuis* (sc. poculum, de quo quæris), *ille morietur, et etiam nos erimus domino meo servi* (pr. in servos)!
10. Et dixit: *etiam nunc secundum verba vestra ita sit* (ɔ: fiat ut vultis)! *Apud quem inventum fuerit* (poculum), *ille erit mihi servus, at vos eritis innocentes* (v. a culpa immunes).
11. Et festinarunt et demiserunt quisque saccum suum in terram, et aperuerunt quisque saccum suum.
12. Et pervestigavit (procurator domus); a maximo (natu) incepit et in minimo finivit (ɔ: a sacco maximi natu exorsus pergit ad saccum natu minimi, perquisitus omnia), et inventum est poculum in sacco Benjамини.
13. Atque lacerarunt vestes suas, et imposuit quisque onus asino suo, et reversi sunt in urbem.
14. Et intravit Juda et fratres ejus domum Josephi, et hic adhuc fuit ibi, et ceciderunt coram eo (ɔ: prostraverunt se ei) in terram.
15. Ac dixit illis Josephus: *quodnam facinus hoc, quod fecistis*

sermonem de calice angurationis, vertunt: *hic de eo facile potuit divinare.*
 Vater: und was ex doch ahnden wird. Calovius: explorando explorabit usque
 ad illum scyphum ɔ: donec illum inveniat.

(ɔ: quale facinus commisistis)? **Annon novistis, augurando auguraturum esse virum, qualis ego sum* (pr. qui ut ego)?

**Sensus:* quomodo tandem vobis non in mentem poterat venire, metalem virum, principem potentissimum, in tanto rerum fastigio facile arte divinandi et auguriis cognitum esse, vos calicem meum surripuisse?

16. Et dixit Juda: *quid dicemus domino meo? Quid loquemur et quomodo justificabimus nos* (ɔ: a culpa purgabimus nos)? *Deus invenit* (ɔ: in lucem prostraxit) *culpam servorum tuorum. Ecce nos servos domino meo, tam nos quam illum, in cuius manu inventus est calix!*
17. Et dixit (Josephus): *absit a me, ut faciam hoc! (Solus) vir ille, in cuius manu inventus est calix, hic erit milites servus. At vos adscendite in pace* (ɔ: incolumes inviolatique) *ad patrem vestrum!*
18. Et adpropinquavit ad eum Juda et dixit: *pace tua*, dominie mē! Loquatur, queso, servus tuus verbum coram auribus domini mei, neque exardescat ira tua in servum tuum! Nam ita tu (es), ut Pharaon (ɔ: tu auctoritate et potestate Pharaonem aequas, teque ut regem veneror).*
*Confr. cap. 43 v. 20.
19. *Dominus meus interrogavit servos suos, dicendo: num est vobis pater, aut frater?*
20. *Et diximus domino meo: est nobis pater senex, et filius senectutis* (ɔ: filius in senectute ejus natus), *parvus* (ɔ: minimus natu), *atque frater ejus mortuus est, et relictus est ille solus post matrem suam* (ɔ: solus post mortem matris superstes est), *et pater ejus amat eum.*
21. *Et dixisti servis tuis: deducite eum ad me et ponam oculum meum super eo* (ɔ: in eum conjiciam oculos meos i. e. ut eum videam et sic vobis fidem habeam)!
22. *At diximus domino meo: non poterit hic juvenis relinquere patrem suum; si reliquerit patrem suum, hic (præ desiderio) morietur* (pr. et relinquet patrem suum et morietur sc. pater).
23. *Sed dixisti servis tuis: si non descenderit frater vester minimus (natu) vobiscum, non amplius videbitis faciem meam* (pr. non addetis ad videndum, non pergetis videre faciem meam ɔ: ad me non admittemini)!

- ¶24. *Et factum est, cum adscendissemus ad servum tuum, patrem meum, ut indicaremus ei verba domini mei.*
- ¶25. *Et dixit pater noster: redite, emite nobis aliquantulum cibi (ɔ: annonæ)!*
- ¶26. *Sed diximus: non possumus descendere (in AEgyptum). Si sit (ɔ: sin autem profectus fuerit) frater noster minimus (natu) nobiscum, tum descendemus. Nam non poterimus videre faciem hujus viri, si frater noster minimus non sit nobiscum.*
- ¶27. *Et dixit servus tuus, pater meus, nobis: vos scitis, duos (filios) peperisse mihi uxorem meam (Rachēlem).*
- ¶28. *Et exiit (ɔ: discessit) unus ille (Josephus) a me, et dixi: profecto dilaniando dilaniatus est, et non vidi eum hucusque.*
- ¶29. *Et sumetis etiam hunc a facie mea, et occurret ei damnum, et demittetis canos meos capillos cum moerore in Orcum (ɔ: jam, si hunc alterum quoque a me abduxeretis, et adversi aliquid ei acciderit, ego jam adeo senex vitam meam in summo moerore vestra culpa finirem).*
- ¶30. *Et nunc, si venissem ego ad servum tuum, patrem meum, et puer non esset nobiscum — et anima ejus adligata est animæ illius (ɔ: pendet vita ejus a vita filii hujus) —*
- ¶31. *Tum fiet, cum viderit, non adesse hunc puerum, ut moriantur, et demittent servi tui canos capillos servi tui, patris nostri, cum moestitia in Orcum.*
- ¶32. *Nam servus tuus spōpondit (ɔ: vadem se dedit) pro hoc puerō apud patrem meum, dicendo: si non reduxero eum ad te, tum peccavi adversus patrem meum omnes dies (ɔ: per totam vitam culpam peccati in patrem meum commissi sustinebo, ac tanquam injurium in se tractari me sinam)!*
- ¶33. *Et nunc maneat quæso servus tuus pro puerō servus domino meo, et puer adscendat cum fratribus suis!*
- ¶34. *Nam quomodo adscendam ad patrem meum, et puer non erit (ɔ: nisi esset puer) mecum? Non viderem malum illud, quod accideret patri meo (pr. quod inveniret patrem meum)!*

Caput XLV.

1. Atque non potuit Josephus se continere coram omnibus, qui stabant apud ipsum, et clamavit: *educite omnem virum (o: unumquemque) a me!* Et non stetit quisquam apud eum, cum se agnoscendum preberet Josephus (o: cum, quis esset ipse, declararet) fratribus suis.
2. Et edidit vocem suam cum fletu, et audivernut *Ægyptii* et audivit domus Pharaonis (o: tam vehementer plorare coepit, ut audirent hoc etc.).
3. Et dixit Josephus fratribus suis: *ego (sum) Josephus! Num adhuc pater meus vivus (est)?* Ac non potuerunt fratres ejus respondere ei, nam perterriti erant ab eo (o: pavore attoniti recesserunt ab eo).
4. Et dixit Josephus fratribus suis: *adpropinquate, quæso, ad me!* Atque adpropinquarunt. Et dixit: *ego (sum) Josephus, frater vester, quem vendidistis in *Ægyptum* (deducendum).*
5. *At nunc ne doleatis (v. solliciti sitis), neque exardescat (ira) in oculis vestris (o: neque ægre feratis), quod vendidistis me huc (deducendum)!* Nam ad vitæ conservationem¹ misit me Deus ante vos.
Sensus: ne nimium animos vestros angat commissi in me peccati memoria, neque de culpa vestra denuo vobis exprobretis, nam inde hoc bonum fluxit, quod usus est Deus opera mea ad vestram et mulierum aliorum vitam conservandam.
6. *Nam hosce duos annos (est) hæc famæ in medio terræ (o: biennium modo est, ex quo hæc terra fame laborat), et adhuc quinque anni (sequentur), quibus nulla (erit) aratio et messis (o: neque arabitur neque metetur).*
7. *Et misit me Deus ante vos, ut poneret vobis residuum² in terra (o: ut vobis reservaret residuum frumenti, quod terra præter id, quod incolarum victui inserviebat, pro-*

Verss. varr. ¹⁾ Alii: *ut victui necessaria vobis suppeditarem.* ²⁾ Alii: *ut superstiles vos in terra servaret.* *Vulg.* *ut reservemini super terram.*

duxerit), et vitam conservaret vobis, manui magnæ servatæ¹.

Sensum Schumannus et Maurerus egregie constituant: Deus me misit ante vos, ut frumenti copias per me servemini servatique superstites maneatis multi.

8. *Et nunc (o: jam igitur) non vos misistis me huc, sed Deus, et posuit me in patrem Pharaonis (o: constituit me Pharaoni a consilio) et dominum totius domus ejus et dominatorem (o: præfectum, dispensatorem) totius terræ Ægypti.*
 9. *Festinate et adscendite ad patrem meum! Et dicetis ei: ita dixit filius tuus Josephus: constituit me Deus dominum totius terræ Ægypti. Descende ad me, ne cuncteris (pr. ne stes)!*
 10. *Et habitabis in terra Gosen, et eris propinquus (v. vicinus) mili, tu et filii tui et filii filiorum tuorum et oves tue et armentum tuum et omnia, quæ tibi (sunt).*
- Not. *Gosen*, Gen. 47, 11 *Ramses* dicta, vergit circiter ad septentriōnes a Philistæa usque ad ostium Tanitium, ubi nunc est Baniata; ab oriente continetur Philistæa et Arabia Petræa; meridiem versus pertinet ad Heliopolin, ad occidentem dextrum latus Nili attingit. Cfr. Schumann.
11. *Et sustentabo (v. alam, commeatu instruam) te ibi, nam adhuc quinque annos fames (erit)², ne ad egestatem redigaris (pr. bonis expellaris) tu et domus tua et omnes, qui (sunt) tibi (sc. divenditis omnibus emendæ annonæ causa).*
 12. *Et ecce oculos vestros videntes et oculos fratris mei Benjamini, quod os meum loquatur ad vos (o: vos ipsi et frater meus Benjaminus me videtis viventem et me vobisenum colloquenter auditis)!*
 13. *Atque indicabitis (v. narrabitis) patri meo omnem gloriam (v. dignitatem) meam in Ægypto (o: quanta sim in Ægypto dignitate), et omnia, quæ vidistis, et festinabitis et deducetis (o: quam celerrime deducite) patrem meum huc!*
 14. *Et cecidit in collum (o: in amplexum ruit) Benjami fra-*

Vers. varr. 1) Alii: *in vel per liberationem magnam*. Alii: *ut mirum in modum servemini*. Mercerus: *magna posteritate*. 2) Vulg. *adhuc restant quinque anni famis*.

- tris sui et ploravit, et Benjaminus (quoque) ploravit ad collum ejus.
15. Et osculatus est omnes fratres suos et ploravit coram illis, et postea locuti sunt (o: tum demum ausi sunt loqui) fratres ejus cum eo.
 16. Et hæc vox audita est in domo (o: hic rumor, hæc fama de-lata est ad aulam) Pharaonis, dicendo: *venerunt fratres Josephi.* Ac bonum erat in oculis Pharaonis et in oculis servorum ejus (o: et ipsi de hac re lætabantur).
 17. Atque dixit Pharaon Josepho: *dic fratribus tuis: hoc facite: onerate jumenta vestra, et profisciscimini, venite (o: redeite) in terram Canaanis!*
 18. *Et sumite patrem vestrum et domos (o: familias) vestras, et venite ad me! Et dabo vobis optimam partem (pr. bonitatem o: opimum tractum) terræ Ægypti, et comedite adipem hujus terræ (o: optimis quibusque hujus regionis fructibus proventibusque abundabitis)!*
 19. *At tu jussus es (sc. a me hoc iis præcipere): sumite vobis e terra Ægypti plastra infantibus vestris et uxoribus vestris, ut portetis (o: quibus vehatis) patrem vestrum, et veniat is.*
 20. *Et oculus vester ne parcat vasis vestris (o: ne doleatis suppellectilem relinquendam), nam optima pars totius terræ Ægypti vobis erit!*
 21. Ac fecerunt ita filii Israelis, et dedit illis Josephus plastra ex jussu (pr. ad os) Pharaonis, et dedit illis commeatum in viam (o: quo in itinere uterentur).
 22. Et omnibus dedit uniuersa mutationes vestium (o: vestes mutatorias et pretiosas)¹⁾, et Benjamo dedit trecentos (sic los) argenteos et quinque mutationes vestium.
 23. Et ad patrem suum misit hæcce (dona, pr. sicut hoc)²⁾: decem asinos portantes de optimis rebus (pr. bonitate) Ægypti, et decem asinas portantes frumentum et panem et alimen-tum patri suo in via.
 24. Atque dimisit fratres suos, et profecti sunt, et dixit illis: *nolite timere³ in via!*

Vers. varr. ¹⁾ Alii: *geminas vestes* intelligunt, ut *Syrus*, *LXX*. *Vulg.* etc. ²⁾ Alii: *similiter*. ³⁾ Alii: *nolite ira commoveri* o: *rrixari, venditio-nem meam vobis invicem exprobantes.*

25. Et adscenderunt ex Aegypto et venerunt in terram Canaanis ad Jacobum, patrem suum.
26. Et indicarunt ei, dicendo: *adhuc Josephus vivus* (est), *immo est dominator in tota terra Aegypti*. At frixit¹ cor ejus (ο: nullam sensit laetitiam de allato nuntio Jacobus), quia fidem non habuit illis.
27. Et locuti sunt ad eum (ο: ei narrarunt) omnia verba Josephi, quae locutus erat ad ipsos, et vidi planstra, quae miserat Josephus ad portandum (v. vehendum) eum, et revixit spiritus Jacobi, patris eorum.
28. Ac dixit Israel: *sufficit* (ο: persuasum habeo, profecto)! *Adhuc Josephus, filius meus, vivus* (est). *Proficiscar et video eum, antequam moriar!*

Caput XLVI.

1. Tum, castris motis, profectus est Israel cum omnibus (pr. et omnia), quae ei (erant), et venit Beerschebam, et immolavit victimas (ο: sacrificium obtulit) Deo patris sui Isaaci.
2. Et dixit Deus Israeli in visionibus noctis et dixit: *Jacobe, Jacobe!* Et dixit (hic): *ecce me* (ο: paratus sum ad mandata tua accipienda)!
3. Ac dixit: *ego* (sum) *Deus, Deus patris tui*. *Ne timeas descendere in Aegyptum!* Nam in gentem magnam ponam te ibi (ο: efficiam, ut ibi in gentem magnam evadas).
4. *Ego descendam tecum in Aegyptum, et ego adscendere te faciam etiam adscendendo*² (ο: tibi in Aegyptum descensuro tanquam comes adero, similiter te inde reducam, tecum adscendens), et *Josephus imponet manum suam oculis tuis* (ο: claudet tibi oculos, morituro tibi ultimum officium præstabit).

Not. *Adscendere te faciam* etc. optime intelligi possunt de cadavere Jacobi, hoc sensu; curabo, ut in Cananæa sepeliaris in sepulcro hereditario.

Vers. varr. ¹⁾ Alii: *animi deliquum passus est*, sc. præ nimia lætitia. ²⁾ Alii: *certissime te reducam, te* ο: *posteros tuos*.

5. Et surrexit Jacobus Beerschebā, et portarunt (o: vixerunt) filii Israelis Jacobum, patrem suum, et infantes suos et uxores suas in plastris, quæ miserat Pharaō ad portandum (o: vehendum) eum.
6. Et sumserunt pecus suum et possessiones suas, quas comparaverant sibi in terra Canaanis, et venerunt in AĒgyptum, Jacobus et omne semen (o: tota familia) ejus cum eo.
7. Filios suos et filios filiorum suorum secum, filias suas et filias filiorum suorum et omne semen suum duxit secum in AĒgyptum.
8. Atque hæc (sunt) nomina filiorum Israelis, venientium (o: qui migrarunt) in AĒgyptum, Jacobi et filiorum ejus: Primogenitus Jacobi (erat) *Ruben*.
9. Et filii *Rubenis* (erant): *Chanoch* et *Pallu* et *Chezron* et *Charmi*.
10. Et filii *Simeonis* (erant): *Jemuel* et *Jamin* et *Ohad* et *Jakhin* et *Zochar* et *Schaul*, filius Cananitidis.
11. Et filii *Levi*: *Gerschon*, *Kehath* et *Merari*.
12. Et filii *Judæ*: *Er* et *Onan* et *Schelach* et *Perez* et *Serach*. At mortuus est *Er* et *Onan* in terra Canaanis. Et fuerunt filii *Perezi*: *Chezron* et *Chamul*.
13. Et filii *Issascharis*: *Thola* et *Puva* et *Job* et *Schimron*.
14. Et filii *Sebulonis*: *Sered* et *Elon* et *Jachleel*.
15. Hi (sunt) filii *Leæ*, quos peperit Jacobo in Paddan-Aram (o: Mesopotamia), et *Dinam*, filiam ejus (peperit): omnes animæ filiorum ejus et filiarum ejus triginta et tres (o: omnes Jacobidæ, qui a Lea descendant, 35 efficiunt).
16. Et filii *Gadi*: *Ziphjon* et *Chaggi*, *Schuni* et *Ezbon*, *Eri* et *Arodi* et *Areli*.
17. Et filii *Ascheri*: *Imna* et *Iischva* et *Iischvi* et *Bria* et *Serach*, soror eorum. Et filii *Briæ*: *Cheber* et *Malechiel*.
18. Hi (sunt) filii *Silpæ*, quam dederat Laban Leæ, filiae suæ, (ancillam); et illa peperit hosce Jacobo, sedecim animas.
19. Filii *Rachelis*, uxoris Jacobi: *Josephus* et *Benjaminius*.
20. Et nati sunt (pr. natum est) *Josepho* (filii) in terra AĒgypti, quos peperit ei *Asnatha*, filia *Potipheræ*, sacerdotis *On* (o: Heliopoleos): *Menasse* et *Ephraim*.
21. Et filii *Benjamini*: *Bela* et *Bekher* et *Aschbel*, *Gera* et *Nacman*, *Echi* et *Rosch*, *Muppim* et *Chuppim* et *Ard*.

- ¶ 22. Hi (sunt) filii *Rachelis*, qui nati sunt *Jacobo*, omnes animæ quatuordecim (sunt).
- ¶ 23. Et filii *Danis*: *Chuschim*.
- ¶ 24. Et filii *Napthali*: *Jachzeel* et *Guni* et *Jezer* et *Schillem*.
- ¶ 25. Hi (sunt) filii *Bilhæ*, quam dederat *Laban* *Rachel*, filia snae (ancillam), et illa peperit hos *Jacobo*; omnes animæ (sunt) septem.
- ¶ 26. Omnes animæ venientes cum *Jacobo* in *AEgyptum*, egressæ ex semore ejus (ɔ: ex eo descendentes), praeter uxores filiorum *Jacobi*, (hæ) omnes animæ (sunt) sexaginta et sex.
- ¶ 27. Sed filii *Josephi*, qui nati sunt ei in *AEgypto*, animæ duæ (erant). Omnes (igitur) animæ domus (ɔ: familie) *Jacobi* venientes in *AEgyptum* septuaginta (sunt).
- ¶ 28. Et *Judah* misit (*Jacobus*) ante se ad *Josephum* ad monstrandum ante se (ɔ: ut ei indicaret ante se adventum suum) in *Gosen*. Et venerunt in terram *Gosen*.
- ¶ 29. Et adligavit *Josephus* currum suum (ɔ: jumenta currui junxit), et adscendit obviam *Israeli*, patri suo, in *Gosen*. Atque apparuit (ɔ: conspiciendum se obtulit) ei, et cecidit super collum ejus et ploravit super collo ejus identidem¹⁾.
- ¶ 30. Et dixit *Israel Josepho*: moriar hac vice (ɔ: Iubenter nunc moriar), postquam vidi faciem tuam, te adhuc vivum (esse)!
- ¶ 31. Et dixit *Josephus* fratribus suis et domui (ɔ: familie) patris sui: adscendam et indicabo *Pharaoni* et dicam ei: fratres mei et domus patris mei, qui in terra *Canaanis* (fuerunt), venerunt ad me.
- ¶ 32. Et hi viri pastores ovium (sunt), nam viri pecoris (ɔ: pecuarii, pecoris possessores) fuerunt, et oves suas et armentum suum et omnia, quæ ipsis (sunt), adduxerunt.
- ¶ 33. Atque fiet, quum vocaverit vos *Pharao* et dixerit: quænam (sunt) negotia vestra?
- ¶ 34. Tum dicetis: viri pecoris (ɔ: pecurari et pastores) fuerunt servi tui a pueritia nostra huc usque, tam nos quam patres nostri; ut habitetis (ɔ: ut liceat vobis habitare) in terra *Gosen*, nam res abominabilis *AEgypti* (sunt)

Vers. varr. ¹⁾ Alii: diu.

omnes pastores ovium (ο: ab omnibus pastoribus abhorrent Aegypti).

Caput XLVII.

1. Et venit Josephus et indicavit Pharaoni et dixit: *pater meus et fratres mei et oves eorum et armentum eorum et omnia, quae illis (sunt), venerunt e terra Canaanis, et ecce eos (ο: jam sunt) in terra Gosen!*
2. Et e summa (v. ex universo numero, pr. extremitate) fratribus ipsius sumsit (ο: elegit) quinque viros et statuit eos coram Pharaone (ο: ad regem introduxit).
3. Ac dixit Pharaon fratribus ejus: *quænam (sunt) negotia vestra?* Et dixerunt Pharaoni: *pastores ovium (sunt) servi tui, tam nos, quam patres nostri.*
4. Et dixerunt Pharaoni: *ad peregrinandum (ο: commorandum) in hac terra venimus, nam non (est amplius in Canaanæ) pascuum gregibus, qui servis tuis (sunt); nam gravis est fames in terra Canaanis. Et nunc (ο: jam igitur) habitent, quæso, servi tui in terra Gosen!*
5. Et dixit Pharaon Josepho, dicendo: *pater tuus et fratres tui venerunt ad te:*
6. *Terra Aegypti in conspectu tuo est (ο: tibi patet): in optimâ parte hujus terræ habitare jube (pr. fac) patrem tuum et fratres tuos! Habitabunt in terra Gosen, et si cognoveris et sint inter eos viri fortitudinis (ο: viri strenui, probi), tum constituas eos praefectos (pr. principes) pecoris, quod (pr. super id, quod) mihi est!**
*Sensus: si quos ex iis nosti viros strenuos, mei pecoris magistros facito!
7. Et introduxit Josephus Jacobum, patrem suum, et statuit eum coram Pharaone, et benedixit Jacobus Pharaoni (ο: eum salutans bene ei precatus est).
8. Et dixit Pharaon Jacobo: *quot dies annorum vitæ tuae (sunt ο: quot annos natus es)?*

9. **Ae dixit Jacobus Pharaoni:** *dies annorum peregrinationum mearum (sunt) triginta et centum anni; pauci (pr. paulum, parum quid) et mali fuerunt dies annorum vitæ meæ, et non adsecuti sunt dies annorum vitæ patrum meorum diebus peregrinationum eorum.*
Sensus: Quamquam vitæ mee tempus, si cum majorum atate comparatur, perexiguum est, tamen usque adhuc jam multos exauit labores. (Ita Schumann).
10. **Et benedixit (o: valedixit) Jacobus Pharaoni** et exiit a facie Pharaonis.
11. **Atque habitare jussit Josephus patrem suum et fratres suos** (o: sedes iis procuravit), et dedit illis possessionem in terra Ægypto, in optima parte hujus terræ, in terra Ramses*, quemadmodum præceperat Pharao.
- *Cfr. Cap. 45, 10.
12. **Et sustentavit Josephus patrem suum et fratres suos et totam domum patris sui pane usque ad os parvolorum (pr. parvuli)¹⁾.**
Sensus: alimenta dedit patri, fratribus et toti familie usque ad ea, quæ parvolorum ori apta sunt i. e. quæ infantes comedere solent: verbo: *omnes ac singulos aluit, tam adultos quam parvulos.* (Schumann).
13. **Et panis non fuit in tota terra, nam gravis fuit famæ admodum, et elanguit terra Ægypti et terra Canaanis præ fame (o: frumento nullibi suppetente, Ægyptus et Canaanæ fame ad extremum usque affligebantur).**
14. **Ae collegit Josephus omne argentum inventum in terra Ægypti et in terra Canaanis pro frumento, quod illi (o: incolæ illarum regionum) emebant, et intulit Josephus argentum (o: pecuniam) in domum Pharaonis (o: in fissum regium).**
15. **Et consumptum est argentum e terra Ægypti et e terra Canaanis, et venerunt omnes Ægyptii ad Josephum, dicendo (o: dicentes): da nobis panem! Quare enim moriemur coram te, quia deficit argentum (o: quod delictum commisimus, ut nos pecunia destitutos mori patiaris)?**
16. **Sed dixit Josephus: date pecora vestra, et dabo vobis (frumentum) pro pecoribus vestris, si deficit argentum!**

Verss. varr. ¹⁾ Alii: pro numero parvolorum. Al. singulis ut parvulis demensum suum dedit.

17. Et adduxerunt pecora sua ad Josephum, et dedit illis Josephus panem pro equis et pro possessione ovium et pro possessione armenti et pro asinis, et sustentavit eos pane pro omnibus pecoribus eorum anno hoc.*

**Anno hoc* i. e. anno famis eodem, quo incolae Aegypti pro frumento pecuniam omnem consumserant.

18. Et consumtus (o: præterlapsus) est annus hic, et venerunt ad eum anno secundo* et dixerunt ei: *non celabimus dominum meum, quum consumtum sit argentum, et possessio pecoris ad dominum meum transierit, domino meo cesserit, non relictum esse coram domino meo præter corpus nostrum et terram nostram* (o: *nil restare præter corpora nostra et agros nostros*).

**Anno secundo* i. e. anno famis sequente, postquam Aegyptii omnem pecuniam et omnes facultates pro frumento dederant.

19. Quare moriemur coram oculis tuis, tam nos, quam terra nostra? Eme nos et terram nostram pro pane, et erimus* nos et terra nostra servi Pharaoni, et da semen (v. sementem), ut vivamus et non moriamur, et terra non desoleatur!

**Sensus*: servituti perpetuae nos Pharaoni addicimus et terram nostram, ut tantum simus coloni agrorum, qui in posterum sint in ejus dominio et proprietate, quamobrem sementem nobis da, quam spargamus in terram hactenus ob famem neglectam.

20. Et emit Josephus totam terram Aegypti Pharaoni, nam venderunt Aegyptii quisque agrum suum, quia invaluit inter eos fames, et facta est terra Pharaoni (o: jure proprietatis terram obtinuit Pharaeo).

21. Sed populum (quod attinet), trajecit eum in urbes¹⁾, a fine termini Aegypti et usque ad finem ejus.

Sensus: populum totius Aegypti (ab extremis ejus finibus usque ad extremos ejus fines) in urbes transposuit et in iis congregavit, partim ut sementem ex horreis, quæ per singulas urbes disposita erant (cfr. 41, 48), acciperet, partim ut cognosceret, quæ ipsi Josephus edicturus esset, quæ in v. 23 et 24 sequuntur. Cfr. Schumann et v. Bohlen ad hl.

Vers. varr. 1) Alii: transtulit in urbes sc. alias o: ex urbibus in urbes o: sedes inter se commutare jussit; ita Gesenius, Winer, Rosenmüller et all. Ex alia lectione, quam habet text. Samar., alii: servire fecit populum in servos, ita LXX. Hieronymus etc.

22. Modo terram sacerdotum non emit, nam statutum (ɔ: certum demensum) sacerdotibus (adsignatum erat) a Pharaone, et comederunt demensum suum (ɔ: ex demenso iis vicius præbebatur), quod dederat iis Pharao, quamobrem non vendiderunt terram suam (ɔ: agros suos vendere non coacti sunt).
23. Et dixit Josephus populo: ecce, emi vos hodie et terram vestram Pharaoni! Ecce vobis semen (ɔ: semen accipite), et conseretis (ɔ: ut conseratis) terram (ɔ: agros vestros)!
24. Et fiet in proventibus (ɔ: tempore, quo fruges percipiuntur, messis tempore), ut daturi sitis quintam (proventum) partem Pharaoni, et quatuor partes erunt vobis in semen agri et in cibum vestrum et eorum (pr. iis), qui (sunt) in domibus vestris, et in cibum parvulis vestris (ɔ: quatuor reliquæ partes vobis contingent, ut agris conserendis, victui vestro itemque familiæ vestræ parvulisque vestris ad comedendum inserviant).
25. Et dixerunt: vitam nobis servasti: inveniamus gratiam in oculis domini mei, et simus servi Pharaoni!*
- *Rosenmüller: hanc a te gratiam ineamus, ut Pharaoni serviamus haec conditione terram sub eo colentes, quam nobis præscripsisti.
26. Itaque posuit hoc Josephus in statutum usque ad diem hunc super terram Ægypti: Pharaoni ad quintam. Modo terra sacerdotum solorum non facta est Pharaoni.
- Sensus:* hanc legem sanxit Josephus in Ægypto etiamnum receptam, ut daretur Pharaoni proventus agrorum ad quintam usque partem (ɔ: ut quinta proventum pars ei solveretur).
27. Et habitavit Israel (ɔ: Israelitæ) in terra Ægypti, in terra Gosen, et possessores se fecerunt in ea et secundi erant et creverunt admodum (ɔ: facultatibus, agris et pecudibus valde increverunt, et gente perquam aucti sunt).
28. Ac vixit Jacobus in terra Ægypti septendecim annos, et fuerunt dies Jacobi, anni vitæ ejus, septem anni et quadraginta et centum anni.
29. Et adpropinquarunt dies Israelis ad moriendum, et vocavit filium suum Josephum et dixit ei: si, queso, inveni gratiam in oculis tuis, pone, queso, manum tuam sub femore meo (ɔ: jurejurando interposito mihi promitte), et

facias mihi gratiam et fidem (ο: hanc mihi benevolentiam præstes, et, quod promiseris, id fideliter serves), ne, *quaeso, sepelias me in Aegypto!*

30. *Et cubabo apud patres* (ο: majores) *meos, et portabis me ex Aegypto et sepelies me in sepulcro eorum.* Atque dixit (Josephus): *ego faciam secundum verbum tuum.*
31. *Et dixit: jura mihi!* Et juravit ei. Ac se reclinavit Israel ad caput (ο: cervical) lecti¹⁾ (ο: quo facto Jacobus in stratum, in quo sedens cum Josepho egerat, recubuit).

Caput XLVIII.

1. *Ac factum est post res illas, ut diceret (sc. dicens, nuntius ο: ut nuntiaretur) Josepho: ecce patrem tuum ægrotantem* (ο: pater tuus ægrotat)! Et sumsit duos filios suos secum, Menassen et Ephraimum.
2. *Et nutriavit (nuntius) Jacobo et dixit: ecce filium tuum Josephum venientem ad te!* Tum confirmavit se (ο: vires collegit) Israel et sedit in lecto.
3. *Et dixit Jacobus Josepho: Deus omnipotens apparuit mihi Lusæ, in terra Canaanis, et benedixit mihi.*
4. *Et dixit mihi: ecce me secundum te redditurum* (ο: secundum te reddam)! *Et augebo te et faciam te in coetum populorum* (ο: faciam te autorem coetus ο: multitudinis populorum), *et dabo terram hanc semini tuo* (ο: posteris tuis) *post te, (in) possessionem æternitatis* (ο: perpetue possidendam)!
5. *Atque nunc duo filii tui, nati tibi in terra Aegypti, prius quam veni ad te in Aegyptum, mihi erunt* (ο: pro meis filiis existimandi sunt, eos adoptabo): *Ephraim et Me-*

Vers. varr. 1) Alii: adoravit Israel ο: cervicali suo incubans, Deo, quem promissionem a filio accepisset, gratias de re ea agebat. *Vulgatus:* adoravit Deum conversus ad lectuli caput. Alii, qui LXX sequuntur, unctione mutata, vertunt: *adoravit super extremitate baculi, ο: baculo innexus deum adoravit.*

nasse ut Ruben et Simeon erunt mihi (ο: eadem, quæ Ruben et Simeon, jura habebunt).

6. *Sed generatio* (ο: proles) *tua, quam genueris* (pr. genuisti) *post eos, tibi erunt: super* (ο: de) *nomine fratrum suorum vocabuntur in haereditate sua.*

Sensus: qui vero tibi deinceps nascentur filii, non mei censemuntur filii, sed tui, neque peculiare novarum tribuum nomen habituri sunt, at fratribus suis adnumerabuntur, inter tribus Ephraimi et Menassis distribuendi.

7. *Et ego* (ο: me vero quod attinet), *cum venirem ex Paddan* (ο: Mesopotamia), *morta est apud me*¹⁾ (ο: me teste et præsente) *Rachel in terra Canaanis, in via, cum adhuc spatiū* terræ* (superesset), *antequam venirem Ephratam, et sepelivi eam ibi in via Ephratam versus — hæc Bethlehem* (nunc vocatur).

*Cfr. cap. 35, 16.

8. *Et vidit Israel filios Josephi et dixit: quinam hi* (sunt)?
 9. *Et dixit Josephus patri suo: filii mei hi* (sunt), *quos dedit mihi Deus hic* (ο: in hac terra). Ac dixit: *adduecas* (pr. sume) *eos, quæso, ad me, et benedicam illis!*
 10. *At oculi Israelis graves* (ο: infirmi) *erant præ senectute, non potuit videre* (ο: satis distincte cernere). Et adduxit (Josephus) eos (ο: filios suos) ad eum, et osculatus est (Jacobus) eos et amplexus est eos.
 11. *Et dixit Israel Josepho: me visurum esse* (pr. videre) *faciem tuam, non existimavi, et ecce, videre me fecit Deus* (ο: effecit, ut viderem) *etiam semen tuum* (ο: prolem tuam).
 12. *Et amovit* (pr. eduxit) *Josephus eos a genibus ejus, et prostravit se coram facie ejus* (ο: Jacobi) *in terram*²⁾.
 13. *Atque sumsit Josephus ambos illos, Ephraimum ad dextram suam a sinistra Israelis, et Menassen ad sinistram suam a dextra Israelis, et (hoc modo) adduxit (eos) ad illum.*
 14. *Et extendit Israel dextram suam et imposuit capiti Ephraimi,*

Vers. varr. 1) Alii; *in detrimentum meum.* 2) Ex alia lectione non nulli: *et prostraverunt se se, ambo filii Josephi, in faciem suam, vel: quo facto coram facie ejus ad terram sese inclinarunt.* Contra, qui vulgarem retinent lectionem, reddunt vel: *et facie sua ad terram demissa sese inclinavit vel: adoravitque ad faciem suam (procidens) pronus ad terram.*

et ille minor (natu erat ɔ: quamvis esset minor natu), et sinistram suam capiti Menassis; consulto (ita) egit manibus suis¹⁾, nam* Menasse primogenitus (erat).

*Sensus: quia Menasse erat primogenitus, Jacobus, quum ei contra morem imposuerit sinistram, declaravit, se id manibus volentem et scientem agere. (Schumann).

15. Et benedixit Josepho et dixit: *Deus, ad cuius conspectum ambularunt* (ɔ: ad cuius voluntatem vitam suam direxerunt) *patres mei, Abrahamus et Isaacus, Deus, qui pavit me,* (ɔ: mihi prospexit et fata mea benignè moderatus est), *ex quo sum* (ɔ: inde a pueritia mea) *ad diem hunc,*
16. *Angelus, qui me redemit* (ɔ: liberavit) *ab omni malo, benedicat hisce pueris, et vocabitur in iis nomen meum et nomen patrum meorum, Abrahami et Isaaci* (ɔ: numerabuntur in filiis meis et in nepotibus Abrahomi et Isaaci), *et augebuntur in multitudinem in medio hujus terræ* (ɔ: in Aegypto)!
17. Sed vidit Josephus, imposuisse patrem ipsius manum dextram suam capiti Ephraimi, et malum fuit (hoc) in oculis ejus (ɔ: ei displicuit), et prehendit manum patris sui ad removendum eam a capite Ephraimi in caput Menassis.
18. Et dixit Josephus patri suo: *non ita* (fiat) *pater mi!* Nam *hic* (est) *primogenitus;* *impone dextram tuam capiti hujus!*
19. At recusavit pater ejus et dixit: *scio, fili mi! scio.* Etiam *hic* (Menasse) *erit in populum* (ɔ: autor erit populi) *et etiam hic magnus evadet.* Verum enimvero frater ejus minor (natu) *magnus erit præ illo* (ɔ: major illo), *et semen ejus erit plenitudo gentium* (ɔ: posteri ejus ingentem hominum multitudinem complectentur)!
20. Et benedixit illis die hoc, dicendo: *per te benedicet Israel,* dicendo: *ponat te Deus ut Ephraimum et ut Menassen!** Atque posuit Ephraimum ante Menassen (ɔ: prætulit Ephraimum Menassi).

*Sensus: a vobis sument Israëlitæ hanc bene precandi formulam, ubi sibi aut aliis felicitatem et salutem adprecari volent: det tibi Deus fortunam Ephraimi et Menassis.

Vers. varr. ¹⁾ Alii: intelligentes fecit manus suas ɔ: de industria sic imposuit manus suas. Omnes veteres: transversas fecit s. transversas posuit manus suas. Vulg. commutans manus etc.

21. Et dixit Israel Josepho: ecce, ego moriturus sum! Et erit Deus vobiscum et reducet vos in terram patrum vestrorum.
22. Et ego dedi tibi portionem¹⁾ (v. partem) unam (terræ Canaanis) supra fratres tuos (ɔ: præ ceteris fratribus tuis), quam cepi²⁾ e manu Amoritæ (ɔ: Amoritarum) gladio meo et arcu meo.

Caput XLIX.

1. Tum (ad se) vocavit Jacobus filios suos et dixit: congregamini atque indicabo vobis (omne), quod occurret vobis in posteritate dierum³⁾ (ɔ: quæ sors eujusque sequentibus temporibus futura sit)!
2. Colligimini et audite, filii Jacobi!
Atque attendite Israelem, patrem vestrum!
3. Ruben! Primogenitus meus tu,
Vis mea et primitiae roboris mei⁴⁾,
Præstantia majestatis et præstantia potentiae⁵⁾!
4. Lascivia ceu aquæ (tibi erat⁶⁾). — Ne excellito!

Verss. varr. 1) LXX: ἐγὼ δὲ δέδωμι σοι Σικημα εξαίρετον: ego tibi do Sichenum urbem, eximiam partem. 2) Alii: quam accipiam ɔ: quam posteri mei suis armis, cum Cananæam occupabunt, Amoritis eripient. 3) Post LXX Hieronymus: in diebus novissimis ɔ: temporibus Messiae. 4) Post Aquilam et Symmachum Hieronymus: principium doloris mei. 5) LXX: σκληρὸς φέρεσθαι, καὶ σκληρὸς αὐθαδῆς ɔ: durus ferri et durus pervicax. Vulgatus: prior in donis, major in imperio, quem sequitur Lutherus: der oberste im Opfer und der oberste im Reich. 6) Vocem hebreæm plerique aut secunda persona verbi aut tertia reddunt: Hieronymus: effusus es sicut aqua. Dathe: sed turges ut aqua. Gesenius (in comment. de Pentat. Sam. p. 33): tumuisti, lascivus fuisti instar aquarum. Clericus: effusa est sicut aqua, Schott: vapor est veluti aquæ. Schumann primum membrum versus 4ti reddit: veluti vapor aquæ haud excellas! Alii hoc membrum cum antecedd. arctius conjungunt; sic Robertson: præcellentiā dignitatis et præcellentiā roboris tumidus instar aquarum; non eris præcellens. Herder: dein Vorzugsrecht an Würde, dein Vorzugsrecht an Macht geht wie die stolze Welle dir vorüber: du bist der Erste nicht mehr.

Quia adscendisti cubilia patris tui.

Tunc profanasti (cubile meum)¹⁾ — Stratum meum adscendit ille!

De Rubene duas sententias profert pater: alteram, qua fuerit dignitate hic ipsius filius primogenitus (v. 3), alteram, quo scelere indignum se fecerit prærogativis primogeniti (v. 4): Stylum vero poeticum paraphrastica ratione explicamus: *Ruben! tu quidem primogenitus meus filius es, quem in flore ætatis, quem omnium primum, integris viribus genui adolescens. Tu, quum sis primogenitus, et dignitate et virium excellentia præstas! Tantas vero prærogativas tuapte culpa amisisti: lascivus petulansque fuisti, quos præscribit verecundia erga patrem terminos tu aquarum exundantium instar transgressus es. Ne igitur posthac excellito ornamenti primogeniti! Nam torum patris tui adscendisti, incestum illi inferens, cumque impie contaminasti. — Nefandum dictu, adscendit torum meum!* cfr. cap. 35, 22.

5. *Simeon et Levi, fratres (sunt).*

Instrumenta violentiæ gladii eorum²⁾.

6. *In consessum eorum ne ingrediatur anima mea,*

In coetu eorum ne sit consociata gloria mea!

Nam in ira sua interfecerunt virum,

Et in lascivia sua enervarunt taurum³⁾.

7. *Maledicta (sit) ira eorum, quia violenta,*

Et superbia eorum, quia gravis fuit!

Dispertiam eos in Jacobo,

Et dispergam eos in Israele!

ο: *Simeon et Levi* par nobile fratum sunt, fratres germani et animo simillimi. Gladiis suis usi sunt tanquam instrumentis nefandæ crudelitatis, ad violentiam aliis inferendam. Cum illis

Vers.varr.¹⁾ Vulg. et maculasti stratum ejus. Hieronymus: *tum stratum meum profanasti adscendendo, etc.* ²⁾ LXX: συνετέλεσαν ἀδικίαν ἐξ αἰρέσεως αὐτῶν: perfecerunt iniuriam sua sponte, non lacessiti. Vulg. *vasa iniuriantis bellantia.* Clericus: *eorum sponsiones instrumenta contumelie.* Dathe: *sponsalia cruenta perfecerunt.* Alii: *instrumenta violentiæ sunt machinationes aut consultationes eorum.* Alii: *instrumenta violentiæ sunt habitationes eorum.* Alii: *cognitiones eorum, sic Mendelsohn:* Werkzeuge der Gewaltthätigkeit sind ihre Verwandtschaft. Alii tandem: *instrumenta violentiæ sunt indeoles v. character eorum* ο: *inique agere student.* Sie Schumann: zur Ausübung von Gewaltthätigkeit dient ihr Character, sive: zu Werkzeugen der Gewaltthätigkeit sind sie wie gemacht. ³⁾ Lectione mutata, alii: *in furore suo everterunt muros (urbis Sichemi);* alii: *principem se. Sichemum, quem circumcisione infregerunt infractumque occiderunt.*

non conveniam in secretum eorum concilium atque conventum, in quo improbum illud in Sichemitas facinus decreverunt (cfr. cap. 34): vehementer detestor prava consilia eorum! Nam ira flagrantes omnes mares occiderunt, et in petulantia sua ne tauris quidem pepererunt, quos crudeliter mutilarunt. Detestabilem declaro immodicam eorum iram, nec non incredibilem superbiam. Quamobrem posteri eorum in populo a me denominato (ο: inter Jacobitas s. Israelitas) dissipabuntur.

8. **O, Juda!** te celebrabunt fratres tui!
*Manus tua (erit) in cervice hostium tuorum,
 Prosternent se coram te filii patris tui!*
 9. **Catulus leonis** (est) **Juda.**
*De preda, fili mi! ascendisti).
 Procumbit, cubat ut leo,
 Et ut leæna ²⁾! — Quis excitabit eum!*
 10. **Non recedet sceptrum a Juda,**
*Et scipio ³⁾ a pedibus ejus,
 Donec venerit Schilo ⁴⁾ (ο: rex pacificus),
 Et illi (erit) obedientia nationum ⁵⁾!*
 11. **Adligat viti juvenem asinum suum**
*Et viti nobili filium asinæ suæ;
 Lavat in vino vestem suam
 Et in sanguine uvarum amictum suum,*
 12. **Caligans** ⁶⁾ quoad oculos a vino,
Et albus quoad dentes a lacte!
- ο: O, Juda! te regem suum colent fratres tui; hostes tui vieti fugati que tibi terga vertent, omnesque fratres tui imperium tuum venerabundi agnoscent, obedientiam tibi praestantes. — Ob robur

Verss. varr. ¹⁾ Alii: *crevisti, invalidisti.* ²⁾ Alii: *leo annosus, aut leo immanis.* *Father:* der gewaltige Löwe. *Justi:* der Löwenheld. ³⁾ Alii: *legislator.* ⁴⁾ Alii: *donec veniet tranquillitas, et ei (ο: Judæ) obedientia populi.* Plerique: *pacificus, sospitator, felicitator, pacis princeps.* Alii, lectione mutata, vertunt: *donec venerit is, cui se. sceptrum est v. debetur;* sic post LXX et omnes fere veteres, qui hunc sensum exprimunt, *Michaelis, de Wette, v. Bohlen* etc. *Vulgatus:* qui mittendus est. Alii: *donec venerit filius ejus* etc. Qui plura de notissima hae voce desiderat, adeat commutationem nostram: *de Laudibus Judæ, Gen. c. XLIX v. 8—12, celebratis, Hafn. 1838. p. 80 sqq.* ⁵⁾ Alii: *ad ipsum conventus populorum confluet.* *Vulg.:* et ipse erit exspectatio gentium. ⁶⁾ *Rosenmüllerus:* rubicundus oculis ex vino. *Lutherus:* seine Augen sind röthlicher denn Wein. *Vulgatus:* pulchriores sunt oculi ejus vino. *Stachelin:* hilares oculi ipsius præ vino.

et potestatem tuam, fortem et intrepidum animum, te voco catus leonis, immo leonem, qui nonnisi præda capta in montes adscendit, et, quemadmodum leo post stragem pecudum factam in lustrum reddit, ubi placida quiete fruitur, sic etiam tu, victoria de hostibus reportata, placide quiesces, et nemo otium tuum perturbare audebit. — Quamobrem nunquam amittes sceptrum illud, regie dignitatis insigne, quod inter pedes tuos collocatum manu tenes. E stirpe tua tandem prodibit rex ille, qui nomen habebit a pace, cui multi populi obedientiam præstabunt. — Pacifico vero hoc rege imperante, maxima erit fertilitas tribus Judæ; tanta erit vilitas vitium, ut nihil curent homines asinos ad vites addigare, et tanta vini copia, ut eo ad lavandas vestes non secus uti possint ac aqua. — Ob abundantem vini usum oculi Judæ quasi caligabunt, dum lac de dentibus ejus destillabit.

13. *Sebulon ad littus maris habitabit,*
Et ille ad littus navium¹⁾ (habitabit),
Atque femur ejus prope ad Sidonem (erit).
 o: Sebulon oram maritimam inhabitabit ripamque incoleat, ad quam naves appellant. Fines ejus adtingent Sidonem.
14. *Issaschar asinus ossis (est),*
Recebans inter stabula²⁾,
15. *Atque vidit, requiem³⁾ rem bonam esse*
Et terram amoenam esse,
Atque inclinavit humerum suum ad portandum,
Et factus est servitiis demensis obnoxius⁴⁾.
 o: Issaschar ut asinus robustus idoneus est ad onera portanda, simul vero vitam pacatam præfert periculosis negotiis, et, quum amoenam terræ portionem sibi adsignatam obtinuerit, maluit domi tranquille versari et operam servam præstare, quam ad bellum aut alio egredi.
16. *Dan judicabit populum suum,*
Sicut una tribuum Israelis.
17. *Erit Dan serpens juxta viam,*
Cerastes⁵⁾ juxta semitam,
Qui mordet calces equi,
Et decidit eques ejus retrorsum!

Vers. varr. ¹⁾ Alii ex LXX: *in statione navium*, aut: *in portu navium*.

²⁾ Cum LXX et Vulg. Rosenmüllerus aliquie: *inter terminos scil. terræ sue*. Michaelis: *aquarum canales*. ³⁾ Schumann et v. Bohlen: *locum quietis*. ⁴⁾ Alii: *tributo serviens*. Alii: *sicutque hydriæ serviens*, sic Herder: und fröhnt dem Wasserschlauch. ⁵⁾ LXX: ἐγκαθήμενος ἐπὶ τρίβου, *insidians in semita*.

Sensus: Dan tribus, quamquam exigua, imperium tamen exercebit quondam in populum suum tanquam princeps tribuum. In bellis vero *Dan* hostibus suis struct et insidias eosque astutia profligabit. Ad imaginem poetæ a *ceraste* petitam intelligendam hæc observamus: cerastes, e genere viperarum, in arena rotarumque orbitis solet latere atque, cum ejusdem coloris ac pulvis et arena sit, difficile evitari potest; impetum facit et in homines et in animalia, venenato ietu pedes calcantium laedens. Ubi vero equus, ejus pedi adhæret cerastes morsu, repentinum senserit dolorem, ita calcitrat, ut eques excutiatur et ipse a serpente vulnerari possit. Cfr. *Rosenmüllerum* ad hl.

18. *Salutem tuam exspecto, Jehova!*

ο: Quot et quanta etiam fuerint pericula, quæ posteros meos manent, tuum, *Jehova!* auxilium iis exspecto et imploro.

19. *Gadum* (quod attinet), *turma adorietur eum,*
*Sed ipse adorietur calcem*¹⁾!

Sensus: Gadum multi quidem hostes invadent, sed tam fortiter se defendet contra impetum hostium, ut eos in fugam convertat et sic agmen eorum posterius (in textu hebr. *calcem*) adoriantur.

20. *Ex Aschere pinguis panis ejus* (erit),
Et ille dabit cupedias regis.

Sensus: Ascher cibum pingue et cupedias regias proferet ο: Ascherite terram opimam et fertilissimam incolent.

21. *Naphthali cerva excitata*²⁾ (est),
Ille edit verba pulchritudinis.

Sensum loci hujus vexatissimi ex Jac. Robertsonio (in Clavi Pentat. p. 273) ita constituimus: *Naphthali* instar cervæ emissæ sese hostium manibus, multum licet luctando, extricabit, super celsis firma figet, sicut cerva, vestigia, et latorum carminum materiam in laudes suas uberrimam, tum sibi, tum reliquis contribubibus præbebit.

Verss. varr. ¹⁾ Alii: *in calce* ο: *in fine*, ad postremum, tandem.

²⁾ *Vulg.* *cervus emissus.* *Clericus:* *Naphthali erit cerva dimissa, et quæ sibi placebunt dicta dabit* ο: *Naphthalis* nepotes summa libertate utentur, eamque factis et dictis usurpabunt. *Stachelin:* *cerva gracilis* etc. Juxta aliam lectionem LXX. στέλεχος ἀνεμένον, quorum verba *Hieronymus* reddit: *virgultum resolutum,* *Grabe:* *propagines* emittens. Sie *Herder* utrumque *hemistichium* vertit: *Naphthali* ist eine schiessende Zerebinthe, die schöne Wipfel wirft. *Ilgen:* es gleicht Naphthali der schlanken Zerebinthe, die eine schöne Wipfel treibt. *v. Bohlen:* *Naphthali* ist eine ausgestreckte Eiche, ex breitet schöne Wipfel aus.

22. *Filius (arboris) fructiferæ¹⁾ (est) Josephus,
Filius (arboris) fructiferæ ad fontem:
*Filiæ adscendunt²⁾ super murum.**

Josephus dicitur *filius* ɔ: *sureculus* vel *ramus arboris fructuosæ ad fontem* plantatae, cuius *filiæ* ɔ: *rami luxuriantes murum transcedunt*. Autor sine dubio in hac comparatione vitem, quæ solet juxta muros plantari, intellexit. Vitis vero pulcherrima est *imago prolis numerosæ*, quæ a patre Josepho promittitur.

23. *Atque exacerbarunt eum et jaculati sunt (in eum)³⁾
*Et insidiati sunt ei⁴⁾ domini sagittarum,**

24. *Sed sedit in robore (pr. firmo) arcus ejus,
*Et agilia⁵⁾ fuerunt brachia manuum ejus —**

Sensus: adversarii quidem irritant Josephum, ad pugnam cum provocantes; insidias struant et in eum jaculantur sagittarii, sed valide se illis et firmiter areu suo opponit, et agilia sunt brachia Ipsi⁹, ut arcum teneant et hostes telis petant. Hæc pariter ac sequentia partim ad sortem Josephi, partim ad virtutem et gloriam Ephraimitarum respiciunt.

*Per manus fortis (Dei) Jacobi⁶⁾,
*Inde⁷⁾, (a) pastore⁸⁾, (a) lapide⁹⁾ (v. rupe) Israelis,**

25. *Per Deum patris tui — et ille adjuvit te —
*Et per omnipotentem — et ille benedixit tibi —
*Benedictiones coeli desuper,***

Verss. varr. ¹⁾ Alii: *filius fructifer*. *Vulg.*: *filius accrescens*. Schumann: *filius vaccæ i. e. juvencus*. ²⁾ Alii: *filiæ ascensionis se. montium et clivorum* ɔ: *feræ*, sic *Gesenius*: *feræ in insidiis cubant*. Schumann: *feræ sunt ad murum*. ³⁾ Alii: *litigarunt, contenderunt cum eo*. *Vulg.*: *jurgati sunt*. ⁴⁾ Alii: *odio habuerunt eum*. ⁵⁾ Alii: *fortia*. ⁶⁾ Alii hæc et totum v. 25 cum priore parte v. 24 ita conjungunt: *eiusque manuum brachia sunt valida manibus Dei potentis Jacobi, pastore lapidis Israelis, auctore deo patris tui, qui te adjuvit, Deo omnipotente, qui fausta tibi impertiet beneficiis coeli desuper suppeditandis, beneficiis profundi infra cubantis, beneficiis überum et uteri*. ⁷⁾ Alii: *ab eo inde tempore, quo Deus saluti Israelitarum singulari tutela prospiciet*. ^{8—9)} Alii: *inde pascoens erat et lapis Israelis, quæ verba de Josepho sic explicant: ab illo inde tempore, quo rebus tam duris est eluetatus, sustinuit fulsitque Israelem i. e. ne cum tota familia*. Ita *Clericus, Rosenmüller, Schott*. Alii: *qui custodivit lapidem Israelis* ɔ: *qui custodivit lapidem illum, in quo Jacobus cubuit*, efr. Gen. 28, 12. 13, sic *Herder*: *der mich auf meinem Stein bewachte*. Alii: *pavit lapidem Israelis* ɔ: *me, caput Israelitarum, servavit*. Alii, lectione mutata: *propter nomen pastoris, lapidis Israelis*. Stachelin: *ab eo, qui custodivit super lapide Israelem etc.*

*Benedictiones abyssi jacentis infra,
Benedictiones uberum et uteri (tibi sint)!*

Incipit in ultima versus 24 parte benedictio propria, qua prosequitur Jacobus filium Josephum. In nexus vero constituendo in primis v. *Bohlen* sequuti sumus, verbaque textus sic explicamus: *per manus fortis Jacobi* i. e. per Deum, qui me tuitus est, per deum tutelarem Jacobitarum, *inde* i. e. per eum, qui *pastor* est et *rupes Israe*lis: moderator et tutor Israëlitarum, *per Deum*, *qui me tuitus est et te adjuvabit*, *per omnipotentem*, qui *fausta tibi impertiet*, *beneficia coeli* desuper i. e. pluviae et rores copiosi, quibus foecundatur humus, ut uberes segetes emitat, *beneficia voragini subterraneæ infra residentis* i. e. terra fontibus, lacibus et rivis irrigua et hinc fertilis et amoena, *beneficia uberum et uteri*, i. e. numerosa et læte florens soboles, *tibi contingent*.

26. *Benedictiones patris tui prævalent
Benedictionibus montium¹⁾ æternitatis,
Deliciis collium²⁾ antiquitatis;
Erunt (o: redundabunt) in caput Josephi
Et in verticem eximii³⁾ fratrum suorum!*

Cum LXX Gesenio, Schumannno, Maurero, v. *Bohlen* Masorethicam lectionem in secundo et tertio hemistichio rejicimus. Cohæret hic versus arctissime cum antecedente: *hæc omnia beneficia paterna superant beneficia montium æternorum* etc. o: *fausta*, quæ pater tibi precatur, *præstantiora* sunt, quam bona illa et pretiosissima, quæ in montibus antiquissimis et celeberrimis, qui nunquam peribunt, proveniunt et maxime concupiscuntur, *cæque contingent* Josepho, qui virtute et *præstantia* a fratribus suis quasi segregatus est!

27. *Benjaminus lupus (est, qui) dilaniat;
Mane comedet prædam
Et ad vesperam dividet⁴⁾ spolia.*

Verss. varr. ^{1—2)} Alii, qui Masoretharum retinent lectionem, vertunt: *benedictiones patris tui invaluerunt super benedictiones genitorum meorum, usque ad terminum collum seculi*, hoc sensu: *ampliores contingent benedictiones Josepho, quam benedictiones, quibus benedixerunt Iacobo majores sui* i. e. eris me multo felicior, et *prævalebunt in te* hæc omnes benedictiones, *quamdiu duraturi sunt colles a multis seculis conditi* i. e. in *perpetuum*, donec *hæc solidissima corpora sunt duratura*. Ita Rosenmüller aliique. Herder: die Segen deines Vaters steigen mächtig über die Segen meiner Gebürge zum Reich der ewigen Höhen hinan. ³⁾ Alii: *principis, viri corona regis eminentis præ ceteris, viri coronati inter fratres*. Sie Schumann aliique. ⁴⁾ Alii: *discerpet*.

Sensus: Benjaminus lupi rapacis instar prædabitur, prædamque habebit usque ad matutinum tempus comedendam, postquam vespere eam divisit, qua imagine ingenium Benjaminitarum proclive ad bellum et rapacitatem eorum graphicè depingitur.

28. **Omnes** hæ (sunt) tribus Israelis (ο: Israeliticæ) duodecim, et hoc (est), quod locutus est illis pater eorum, et benedixit illis, unienique, quod secundum benedictionem suam benedixit illis (ο: unienique propria et privata ac conveniente benedictione benedixit, juxta id, quod cuique eventurum esset s. unienique secundum singularem, quam iūs precatus erat, sortem).
29. Atque (ο: postea) præcepit illis et dixit illis: *ego congregor ad populum meum* (ο: populares meos, i. e. futurum est, ut brevi hinc exceedam). *Sepelite me apud patres* (ο: majores) *meos, in spelunca, quæ (est) in agro Ephronis Chethitæ!*
30. *In spelunca, quæ (est) in agro Machpela, qui (est) ab oriente Mamræ in terra Canaanis; quam (ο: speluncam) emerat Abrahamus simul cum agro ab Ephrone Chethita in possessionem sepulcri.*
31. *Ibi sepeliverunt Abrahamum et Saram, uxorem ejus; ibi sepeliverunt Isaacum et Rebeccam, uxorem ejus, et ibi sepelivi Leam.*
32. *Emitio agri et speluncæ, quæ in eo (est), a filiis Chethi (est ο: emta sunt a Chethitis, tam ager, quam spelunca, ita ut pleno jure nostra sint).*
33. Et absolvit (ο: desiit) Jacobus præcipere filiis suis et collegit pedes suos in lectum (ο: interius in lectum pedes contraxit), et exspiravit et congregatus est ad populares suos.

Caput L.

1. Atque eccepsit Josephus super faciem patris sui (ο: patrem suum amplexus est) et ploravit super eo et osculatus est eum.
2. Et præcepit Josephus servis suis, medicis (ο: pollinctoribus), ut condirent patrem ejus, et condierunt medici Israelem.

3. Et impleti sunt ei (ο: peracti sunt in eo condiendo) quadraginta dies, nam ita (ο: tot) implentur (ο: peraguntur) dies condituriæ (pr. conditurarum), et deplorarunt eum Ægyptii septuaginta dies.
4. Et transierunt dies luctus ejus, et locutus est Josephus ad domum (ο: domesticos, aulicos) Pharaonis dicendo: *si, quæso, inveni gratiam in oculis vestris, loquimini, quæso, in auribus Pharaonis, dicendo:*
5. **Pater meus jurejurando obstrinxit me, dicendo: ecce ego morior** (ο: in eo sum, ut moriar)! *In sepulcro meo, quod fodi* (ο: quod fodi curavi)¹⁾ *mihi in terrâ Canaanis, ibi sepelies me. Et nunc adscendam, quæso, et sepeliam patrem meum, et redibo!*
6. Et dixit Pharao: *adscende et sepeli patrem tuum, quemadmodum jurejurando obstrinxit te!*
7. Atque adscendit Josephus ad sepieliendum patrem suum, et adscenderunt cum eo omnes servi Pharaonis, seniores domus ejus (ο: præcipui ministrorum v. aulicorum regis) et omnes seniores terræ Ægypti (ο: magistratus civitatum Ægypti),
8. Et tota domus (ο: omnis familia et omnes domestici) Josephi et fratres ejus et domus patris ejus; modo infantes (v. parvulos) suos et oves suas et armentum suum reliquerunt in terra Gosen.
9. Et adscendit cum eo etiam currus, etiam equites (ο: adscenderunt cum eo tam currus s. quadrigæ quam equites), et fuit hoc agmen magnum (v. numerosum, pr. grave) admodum.
10. Et venerunt usque ad aream Atad, quæ est in trajectu Jordanis (ο: in regione Palæstinae transjordanensi), et instiuerunt ibi lamentationem magnam (pr. planxerunt planctum magnum) et gravem admodum, et fecit (ο: instituit Josephus) patri suo luctum septem dies.
11. Ac viderunt incolæ terræ, Cananitæ, hunc luctum in area Atad et dixerunt: *luctus gravis est Ægyptius.* Ideo vocatum est (pr. vocavit sc. vocans) nomen illius (areæ) *Abel Mizraim**, quæ (est) in trajectu Jordanis.

*Significat hoc nomen proprie: *pratum Ægyptiorum*, sed ex contextu

Verss. varr. 1) Alii: acquisivi, coemi, sic v. *Bohlen*: *welches ich mir erworben,*

apparet, auctorem illud pronuntiasse: *Ebel Mizraim o: luctus Aegyptiorum.*

12. Et fecerunt filii ejus ipsi ita, quemadmodum præceperat illis.
13. Nam portarunt eum filii ejus in terram Canaanis, et sepperiverunt eum in spelunca agri Machpelæ, quam emerat Abrahamus eum agro in possessionem sepulcri ab Ephrone Chethita, ab oriente Mamræ (sitam).
14. Tum rediit Josephus in Aegyptum, ipse et fratres ejus et omnes, qui adscenderant cum ipso ad sepeliendum patrem ipsius, postquam sepeliverat ille patrem suum.
15. Et viderunt fratres Josephi, mortuum esse patrem ipsorum, et dixerunt: *si hostiliter persequeretur nos Josephus et rependendo rependeret nobis omne malum¹), quod contulimus in eum, (quid tum?)*.
16. Et præceperunt (infernunciis quibusdam missis) ad Josephum, dicendo: *pater tuus præcepit ante mortem suam, dicendo:*
17. *Ita dicetis Josepho: ah quæso! condona, quæso, delictum fratrum tuorum et peccatum eorum, quod malum contulerint in te (v. injuria te afficerint), et nunc condona, quæso, delictum servorum Dei patris tui (o: quia eundem Deum colimus, quem pater tuus coluit)! Et ploravit Josephus, cum loquerentur illi ad ipsum.*
18. Et iverunt (o: cum adierunt) etiam fratres ejus et ceciderunt ante faciem ejus (o: se prostraverunt coram eo), et dixerunt: *ecce nos tibi in servos (o: servos tuos tibi nos tradimus)!*
19. Et dixit illis Josephus: *ne timeatis! Nam num loco Dei sum (o: ut impediam providentiam ejus et in perniciem vestram convertam, quod ille aperte convertit in salutem vestram et multorum)?²*
20. *Vos quidem cogitastis contra me malum, (sed) Deus cogitavit illud in bonum (o: fecit ut malum vestrum consilium*

Vers. varr. ¹⁾ Alii: *fortasse odio nos habuerit Josephus et plane rependerit etc.* Alii: *si odio nos habet Josephus, sane rependet nobis etc.* ²⁾ Alii: *annon sub Deo sum ego? q. d. Deo sane me subjici oportet, qui id ita voluerit; ei non possum resistere.* Singularis est Ravii versio: *num enim sub diis sum? i. e. num ullius e praefectis regiis imperio mihi parentum est, quominus sustentem vos et parvulos vestros?*

verteretur in bonum), *ut faceret, sicut die hoc* (manifestum est), *ad vivum conservandum populum multum* (ο: nimirum ut vitam multorum conservaret, quod docuit eventus).

21. *Et nunc ne timeatis! Ego sustentabo vos et parvulos vestros.* Atque consolatus est eos et locutus est ad eorum (ο: amicis verbis eos exhilaravit).
 22. Et habitavit Josephus in Αἴγυπτῳ, ipse et domus (ο: familia) patris ejus, et vixit Josephus centum et decem annos.
 23. Atque vidit Josephus ex Ephraimo (genitos) filios tertiorum (ο: tertiae generationis, nepotes et pronepotes); etiam filii Machiri, filii Menassis, nati sunt super genibus Josephi (ο: etiam filios Machiri natos gremio accepit).
 24. Et dixit Josephus fratribus suis: *ego morior* (ο: jamjam moriturus sum), *at Deus visitando visitabit vos* (ο: profecto vobis prospiciet), *et sursum ducet vos e terra hac in terram, quam jurejurando interposito promisit* (pr. juratus est) *Abrahamo, Isaaco et Jacobo!*
 25. Et jurejurando obstrinxit Josephus filios Israelis, dicendo: *visitando visitabit Deus vos, tum educetis ossa mea hinc* (ο: ex Αἴγυπτῳ vobiscum reportabitis in Canaanem)!
 26. Ac mortuus est Josephus, natus centum et decem annos, et condiverunt eum, et positus est (pr. posuit sc. ponens) in area in Αἴγυπτῳ.
-

Emendanda.

- Pag. 2 lin. 3 nota²) ponenda est in linea 5 post: semen)
- 3 — 30 præditæ lege: præditas
 - 29 — 33 numerosas lege: numerosos
 - 43 — 13 comma post coxit delendum est.
 - 52 — 17 glinis lege: lignis
 - 55 — 29 Abrahamo lege: Abrahamus
 - 56 — ultim. psius lege: ipsius
 - 57 — 4 Et (ita) fiat: lege: *Et (ita) fiat:*
 - 71 — 27 post: ultionem sumet, ponendum signum parentheses.
 - 83 — 12 patri lege: patris
 - 89 — 14 laquemini lege: loquemini
 - 95 — 24—25 et Peresitas, lege: et inter Peresitas,
 - 102 — 32 ob lege: ab
 - 115 — 34 comma post famem delendum est.
-

